De mendicantibus ualidis inhibendis.C.lib.11. tt. 25.l.j.Nouell.c.8.§ at si qui.usque ad § prętereà si quis.

De corporatis urbis Romæ.C.lib.11.tt.13.tt.14.

De corporatis Alexandriæ.C.lib.11.tt.28.l.j.

De reliquis uide 3 cap.6.lib.eod.

DE POLLICITATIONIBVS & legatis ciuitatis.ff.lib.50.tt.12. Cap. 19.

Hactenus de personis ciuitatis: sequitur de rebus. & primùm de ijs adquirendis, postea de ijs alienandis, postremò de quibusdam rerum ciuitatis speciebus. Adquiruntur autem res ciuitati per pollicitationes & legata.

1 *Definitio pollicitationis.*

l.3.in prin.

2 *An pollicitatio sit utilis, & ex ea nascatur actio.*

l.3.in prin.l.14.in prin. Distinguitur:

Si sine causa pollicitus sit.l.j.§ j.§ denique.li.39.tt.5.l. 19.in prin.si tamen, cum sine causa pollicitus esset, cœpit facere, tenetur.l.j.§ item si sine causa.usque ad § fin.l.3.in prin.l.6.§ j.l.11.

Si propter incendium uel terræmotum, uel aliquam ruinam, quæ reipub.contigit, promisit.l.4. l.7.

Si reipub.nihil intersit fieri quod promissum est, uel ei sit damnosum.l.13.§ item rescrips.

Si fœmina promisit.l.6.§ non tenetur.

Si tantum epistolam muneris edendi gratia emisit.l.5.

Si promittentem promissi pœniteat l.3.§ fin.

Si acceptolatum ei sit.lib.48.tt.11.l.7.§ illud quoq;.

Si aduersa fortuna usus sit qui promisit, & sit relegatus.l.8.

Si cum ne honoribus fungeretur pollicitus esset, nihilominus honoribus fungi cogatur.l. 12. § final.

Si cum ob honorem pollicitus esset, antequam honorem iniret, decesserit.l.11.

Si opus promissum fecit, sed id casu fortuito postea quid passum est.l.j.§ fin.

Si opus promissum fecit, sed non rectè, uel non omnem pecuniam erogauit.C.lib.8.tt.13.l.j.§ quod uerò onus.

5 *Euentus pollicitationis, & legati.*

Relicta reipub in quę dependi debeant, si ad certam speciem relicta sunt, ad alios usus conuerti non debent.tt.8.l.j.l.5.tt.10.l.7. in prin. Si non ad certam speciem relicta sunt.tt.8.l.6.in prin.

De conditione pollicitationi adiecta, pollicentis hæredibus seruanda.l.10.

De actione quæ datur ciuitati re amissa.l.3. § fin.

DE ACTIONE QVAE DATVR *ciuitati ex pollicitatione ad præstandam promissis fidem.*

1 *Causæ ex quibus datur.*

Si placitis fidem præstare detrectat.l.8. § quod si detrectat. Distinctiones uide 3.

2 *Aduersus quos datur.*

De hæredibus.l.14.in prin.

3 *Quid ueniat in eam?*

Non pecuniam inferre, sed opus extruere coguntur.l.13.in prin.

Si is qui pollicitus est antequam perficiat, decesserit.l.14.§ sed si quis.l.15.

Si bona liberalitati soluendo non sunt.l.9.

De diminutione in persona hæredis.l.6.in prin.

De usuris.tt.10.l.5.in prin.tt.12.l.j.in prin.

De pri-

DE PRIVILEGIIS CIVITAtum: item de alienatione & locatione rerum ciuitatis: nec nō de actionibus aduersus ciuitatem competentibus. Cap. 20.

¶ I *Priuilegia ciuitatis.*

Respub. ut pupilla extra ordinem iuuatur. C. li. 11. tt. 29 l. 3.

Quod sibi adquirunt ciuitates, sibi retinent. C. li. 11. tt. 69. l. 2.

An ius pignoris habeant in rebus debitorum. ff. lib. 50. tt. 1. l. 10. C. lib. 11. tt. 29. l. 2. tt. 32. l. 2.

An priuilegia fisci ciuitati competant? ff. lib. 50. tt. 1. l. 10. l. 21. § fin.

De priuilegijs ciuitatis Nicenēsis. C. lib. 11. tt. 69. l. 6.

Quæ ciuitates iuris Italici sunt, uide § cap. 9. uers. de quibusdam ciuitatibus. lib. eod.

¶ II. *De alienatione rerum ciuitatis, & locatione.*

Alienatiō rei ciuitatis dempto canone, an ualeat? C. lib. 11. tt. 69. l. 5.

An meliore conditione allata rescindatur contractus? ff. lib. 50. tt. 1. l. 21. § fin. C. lib 11. tt. 31. l. 1. l. 2. tt. 70. l. 2. l. 3.

Licet ciuitati res suas uendere, ita ut precia in renouanda mœnia collocentur. C. lib. 11. tt. 31. l. 3.

De pecunijs ciuitatum nō deminuendis, sed in statutos usus cōuertēdis: & de ratione super ijs dāda Nouel. c. 128. § at cum de urbibus usq; ad § ad hęc sancimus.

De locatione rerum ciuitatis.

1 *Antecedentia.* C. lib. 11. tt. 70. l. 3.

2 *Quibus locanda?* De decurionibus. ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. § 1.

3 *Euentus.* Agri publici in perpetuum locati, sine principali authoritate reuocari nō possunt. ff. li. 39 tt. 4. l. 11. § 1. lib. 6. tt. 3. l. 1.

Qui fundum à municipio conduxerunt, in rem habent actionem. ff. lib. 6. tt. 3. l. 1. § fin. l. 2. l. 3.

Cum ea lege fundum uectigalem municipes locauerint, ut ad hęredes eius, &c. ff. lib. 50. tt. 16. l. 219.

De actione locati. Quid ueniat in eam?

An prior conductor tantū pręstare teneatur, quātum pręstat posterior. ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. in prin.

De pensione pro sterilitate temporis minuenda. ff. lib 50. tt. 8. l. 2. § fin.

De locatiōe uectigalis reipub. uide § cap. 10. li. eod.

¶ III. *De actionibus aduersus ciuitatem competentibus.*

Aduersus quos competant?

De duumuiris. ff. lib. 44. tt. 7. l. 34. § fin.

De eo qui administrationis tēpore solui cōstituit, uel nouatiōe facta cauit. ff. l. 50. tt. 8. l. 4. § in eum.

Quamdiu competat?

Ex contractu alicuius magistratus annalis etiam post annū actio cōpent. ff. li. 44. tt. 7. l. 34. § fin.

DE RE FRVMENTARIA: ITEM de operibus publicis & priuatis, & de aquæductu. Cap. 21.

¶ I. *De re frumentaria annona.*

1. *De debita frumentaria pecunia.*

Quid, & quantum soluendum? de commodorum cōmodis, & de usurarum usuris. ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. § si indemnitas.

De compensatione opponenda.

ff. lib 50. tt. 8. l. 2. § ad frumenti.

Quando soluendum? Statim. ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. § frumentariæ.

2 *De frumento ciuibus uendendo & distribuendo.*

Quanti uendendum? ff. lib. 48. tt. 12. l. 3. in prin. li. 50. tt. 1. l. 8. tt. 8. l. 6. in prin.

Ius non est ordini, precium grani quod inuehitur, statuere. ff. lib. 48. tt. 12. l. 3.

De distribuēdo frumento. C. lib. 11. tt. 24. tt. 27. l. 2.

3 *Si frumentum emptori ablatum est.*

Eius ęstimatio restituēda est quę publicis rationib. refertur. ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. § grani æstimationem.

4 *Si de frumentaria ratione quid in alium usum sit conuersum.*

ff. lib. 50. tt. 8. l. 2. § quod de frument. § si autem frument. C. lib. 11. tt. 22. l. 3. tt. 23. l. 1. l. 2.

5 *De publica accusatione, Si quis contra annonam fecerit.*

ff. lib. 48. tt. 12.

Causæ ex quibus datur.

Si quis contra annonam fecerit, societatē'ue coierit quò annona carior fiat. l. 2. in prin.

Si quis nauem nautamq; retinet, aut dolo malo faciat quò magis detineatur. l. 2. § fin.

Si corruptas merces supprimit, uel fructus suos ęquis precijs uendere nolit, dum minus uberes prouentus expectat. ff. lib. 47. tt. 11. l. 6. in prin.

Si stateris adulterinis annonam onerat. ff. lib. 47. tt. 11. l. 6. § onerant.

Quibus datur?

De mulieribus. l. 3. § fin.

De seruo aduersus dominum. l. 1.

Quæ pœna ueniat in hoc iudicium?

l. 2. § fin. lib. 47. tt. 11. l. 6.

6 *De canone frumentario.*

Vrbis Romæ. C. lib. 11. tt. 22.

Constantinopolitanæ. C. lib. 11. tt. 23.

Alexandriæ. C. lib. 11. tt. 27.

¶ II. *De operibus publicis.*

ff. lib. 50. tt. 10. C. lib. 8. tt. 12.

De hisce sine permissu principis non faciendis. ff. l. 3. l. 6. C. l. 4. l. 12.

De perficiendis et restaurandis uetustis antequam noua inchoentur. C. l. 21.

De diruendis ædificijs priuatorum operis publici gratia. C. l. 8. l. 13.

DE LOCATIONE OPERIS PV*blici extruendi, sine cautione non est committenda extructio.*

ff. tt. 8. l. 10. § imperator.

Quid ueniat in actionem locati, quæ datur aduersus fideiussorem conductoris. De usuris. ff. tt. 8. l. 2. § conductor.

De uitiosa ædificatione, quis, & quamdiu eam pręstabit. C. l. 7.

De inscriptione nominis eius cuius liberalitate opus factum est. ff. l. 2. in prin. l. 7. § si quis.

De inscriptione alterius nominis. ff. l. 2. § fin. l. 3. § fin. l. 4. C. l. 9.

Dę nomine inscripto non eradendo. ff. l. 2. § fin.

Quib. sumptibus reparāda. C. l. 18. uide § de muris.

5 *Quibus iniungenda munera, & ex quibus causis*

Iniungenda sunt munera municipibus, incolis & alijs de quibus sequitur.

1 *De municipibus.*

ff. lib. 50. tt. j. C. tt. 38.

1 *Etymologia.* ff. l. j. in prin. tt. 16. l. 18. § fin.

2 *Definitio.* ff. l. j. in prin. tt. 16. l. 228.

3 *Qui sint municipes, & ex quibus causis fiant.*

Fiunt natiuitate, manumissione & adoptione. ff. l. j. in prin. C. tt. 39. l. 7. in prin.

De natiuitate. Si natus quis sit ex parentibus eius municipij, municeps est, & muneribus eius loci tenetur. ff. l. j. § j. Distinguitur:

Si pater & mater diuersi sint municipij, cuius originem sequatur. ff. l. j. § j. usque ad fin. legis. l. 9. C. tt. 38. l. 3.

Si mulier habet maritum alterius ciuitatis incolam. ff. l. 38 § item rescrips.

Si ex uico natus sit. ff. l. 30.

DE MANUMISSIONE libertus, eiusque liberi intelliguntur eius municipij esse, cuius est patronus. ff. l. 6. § fin. l. 7. l. 17. § ex causa. l. 22. in prin. § municipes. l. 22. § denique. l. 27. in pr. l. 37. § libertos. tt. 4. l. 3. § liberti. C. tt. 38. l. 2.

De adoptione. ff. l. 15. § fin. l. 16. l. 17. § in adoptiua.

De assumptione originis. ff. l. 6. in prin. l. 17. § error.

2 *De incolis & domicilio.*

ff. lib. 50. tt. j. C. tt. 39.

1 *Definitio incolæ.*

ff. tt. 16. l. 239 § incola. C. l. 7.

2 *Vbi quis domicilium habere dicatur.*

Vbi quis uult, domicilium habere potest. ff. l. 31.

De eo qui in pluribus locis negociatur, uel se collocat. ff. l. 5. l. 6. § uiris l. 27. § j. usque ad § fin.

De senatoribus. ff. l. 22. § penult. C. l. 8.

De milite. ff. l. 23. § fin.

De relegato. ff. l. 22. § relegatus. l. 27. § fin.

De reliquis, uide sequentia.

3 *An ex incolatu ad munera teneatur?*

C. l. 3. l. 6. Distinguitur:

Si incolatui renunciauit, & domicilium transtulit. ff. l. 20. l. 34. C. l. j.

Si in territorio ciuitatis commorantur. C. l. 3.

Si in agro moratur. ff. l. 35. tt. 16. l. 239. § incola.

Si studiorum causa ibi moretur. C. l. 2.

Si filius familias ibi domicilium habeat. ff. l. 3. l. 4.

Si originem ab urbe Roma habeat. ff. tt. 4. l. 3. in prin.

Si domum tantum in aliquo loco possideat. ff. l. 17. § sola domus. C. l. 4.

De reliquis, uide præcedentia: ubi quis domiciliũ habeat.

4 *Qui incolatus nomine teneantur?*

De liberis incolæ. ff. l. 6. § filius. l. 17. § patris.

De libertis, horumque liberis, quod teneantur & ibi, ubi patronus habet domicilium. ff. l. 6. § fin. l. 22. in prin. l. 27. in prin l. 37 § libertos.

Et ubi ipsi habẽt domicilium ff. l. 22. § municipes. l. 37. § libertos.

De mulieribus quæ sequuntur domicilia maritorum suorum. ff. l. 22. § j. l. 37. § fin. l. 38. § idem rescrips. C. l. 9. tt. 62. l. j.

De sponsa. ff l. 32.

De uidua. ff. l. 22. § j.

3 *De eo qui possessiones quasdam in aliquo loco habet.*

ff. tt. j. l. 17. § sola ratio. § sola domus l. 22. § fin. tt. 4. l. 6. § fin l. 18 § patrimoniorum. l. a. j. C. tt. 39. l. 4. tt. 52. l. 6. tt. 62.

4 *De eo qui fœnus in aliquo loco exercet.*

ff. l. 22. § fin.

DISTINCTIONES GENERALES.

Vide j cap prox. itẽ quo ad honores. 8 lib j. cap 4.

DE EXCUSATIONIBUS ET immunitatibus. ff. tt. 4.

Cap. 23.

¶ 1. *Causæ ex quibus excusatio à muneribus competit.*

Duplices sunt, pleniores & exiguiores ff. tt. 5. l. 13. § duo.

De fœminis. ff. l. 5. § corporalia. tt. 17. l. 2. in prin. C. tt. 41. l. 9. tt. 62.

De minoribus ætate. ff. l. 3. § decaprotos. l. 6. § fin. l. 8. tt. 5. l. 2. in prin tt. 17. l. 2. § fin.

De maioribus 50 annis. ff. l. 3. § quamuis. § cura. l. 6. § fin. tt. 5. l. j. § fin. l. 2. § j. § quẽ ita, l. 8. in prin. tt. 6. l 3. l. 5. in prin. usque ad § demonstrat. C. tt. 41. l. 5. tt. 49. l. 3.

De infirmis corpore. ff. l. 18. § comeleiasia. tt. 5. l. 2. § quem ita. § corporis. l. 13. in prin. tt. 6. l. 6. in prin. C. tt. 50.

De cæco. C. tt. 30. l. j.

De surdo & muto. ff. tt. 3. l. 7. § j.

De ijs qui numero liberorum se excusant. ff. l. 3. § quamuis. § cura. l. 4. in prin. l. 6. § fin. tt. 5. l. j. § j. § fin. l. 2. § j. usque ad § minus. l. 8. in prin. l. 14. tt. 6. l. 5. § demonstratur. C. tt. 31. l. 24. tt. 41. l. 5. tt. 31. l. j. l. 2. l. 3. l. 5. l. 6. tt. 63. l. j. tt 67. l. j.

De eo qui antea administrauit, & ad tempus uacationem habet: item quem ordo nondum cõtingit. ff. tt. j. l. 17. § præscriptio. l. 18. tt. 4. l. 3. § præses. l. 14. § fin. l. 16. § fin. tt. 5. l. 5. l. 12. tt. 7. l. 5. l. 7. l. 8. in pr. § j. l. 13. C. tt. 31. l. 52. tt. 40. l. 2. l. 3. tt. 42. l. 3. l. 4. tt. 63. l. 3. tt. 65. l. j.

De ordine in muneribus & honoribus iniungendis seruando: & de non continuandis honoribus. ff. tt. j. l. 17. § præscriptio. l. 18. tt. 2. l. 7. in prin. tt. 4. l. 3. § præses. l. 6. in prin. l. 11. in prin § j. l. 14. § gerendorum l. 17 in prin. tt. 5. l. j. § qui in fraudem. tt. 7. l. 4. § ordine. l. 7. C. tt. 40. l. j. tt. 41. l. tt. 65. l. j.

Honores & munera non ordinationib. sed potioribus iniungenda. ff. tt. 2. l. 7. in prin.

Si alio munere uel honore fungatur: & ne quis eodem tempore ad duos honores uocetur. ff. tt. j. l. 17. § præscriptio. tt. 4. l. 10. tt. 3. l. 14. § fin. tt. 10. l. j. § fin. C. tt. 42. l. 1.

Ne duo ex eadem familia ad idem munus uocentur. C. tt. 40. l. j. tt. 60. l. 3.

De ijs qui sunt in dignitate. ff. tt. j. l. 23. § senator usque ad § fin. l. 23. in prin. C. tt. 47. l. 16. tt. 63. l. 4. C. lib. 8. tt. 12. l. 6.

De senatoribus. C. lib. 12. tt. j. l. 4. l. 5. l. 7. l. 14.

De curialibus. ff. tt. j. l. 17. § exigendi. C. tt. 70. l. 14.

De defensoribus reipub. ff. tt. 5. l. 10. § fin.

De magistris & proximis sacrorũ scriniorum. C. lib. 12. tt. 9. l. j.

De omnib. qui in sacris scrinijs militant. C. lib. 12. tt. 19. l. 4 l. 9.

De decu-

De decurionib.facri palatij & filentiarijs. C.lib.12. tt.16.l.2.l.3.
De præpofitis laborum.C.lib.12.tt.18.l.j.
De palatinis,horumq; liberis.C.lib.12.tt.24.l.j.l.6. l.10.l.13.l.14.tt.19.l.1.l.2.
De cornicularijs præfecturæ.C.lib.12.tt.53.l.j.l.3.
De primifcrinijs & numerarijs præfecti prętorio. C.lib.12.tt.53 l.3.
De cominbus.ff.tt.5.l.12.§ fin.
De facerdotibus.ff.tt.5.l.15.in prin.
De apparitoribus magiftrorum militum.C.lib.12. tt.55.l.j.
De militibus.ff.l.3.§ j.l.4.§ fin.tt.5.l.10. angariarum.tt j l.2.§ fin.C.lib.12.tt.36. l.2.
De militibus dimifsis.C.tt.54.
De ueteranis.ff.tt.5.l.7.lib.49.tt.18.l.2.l.4.l.5.C. tt. 54.l.3.lib.12.tt.47.l.j.
De liberis ueteranorum.ff.tt.5.l.8.§ uocationum.
De eo qui reip.caufa abeft.ff.tt.5.l.4.C.tt.52.l.j.
De procuratoribus abfentium reipub.caufa. C.tt. 47.l.5.
De legatis.ff.tt.7.l.5.C.tt.63.l.3.l.4.C.tt.47.l.12.§ legatis.
De nauicularijs annonarijs ff.l.5.tt.6.l.j.in prin.l. 5.§ negociatores.ufq; ad § hoc circa uacat. § negociatio.§ diuus quoq;.§ fin.
De negociatorib annonarijs.ff.l.5.tt.5.l.9. § fin. tt.6.l.5. § negociatores.§ negociatio. C. tt. 47.l.7.
De eo qui naues marinas fabricat, & ad annonā aliquid præbet.ff.tt.5.l.3
De eo qui tutelas adminiftrat.C.tt.47.l.3.
De artificibus.C.tt.64.
De medicis.ff tt.6.l.6.in prin.C.tt.52.l.j.l.5.l.6. l.11.
De quibufdam collegijs & corporibus, ut fabrorum.ff.tt.6.l.5.§ quibufdam.C.lib.1.tt.2.l.9.lib.11. tt.17 l.j.
De ijs qui res Cæfaris procurant.C.tt.47.l.j.
De omnibus quæ ex aula Cæfaris difcedunt.C.li. 12.tt.29.l.3.
De protonotarijs,notarijs & referendarijs principis.C.tt.47.l.11.l.12.
De agentibus in rebus,horumq; liberis. C.lib.12. tt.19.l.2.
De tabularijs principis.C.lib.12 tt.5.l.2. tt.29.l.2.
De chartularijs largitionalium titulorum.C.tt.23. l.3.in prin.
De Boethis,logiftis,&c.C.tt.69.l.4.
De protectoribus & præpofitis.C.tt.47.l.2.
De uenatoribus.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.6.
De prædijs proprijs,& emphyteuticis principis. C.tt.47.l.10.l.15 lib.11.tt.64.l.j.2.3.tt.74.
De rebus fifci.C.lib.11.tt.73.l.3.
De colonis prædiorum fifci.ff.tt.j.l.38.§ j.item Cæfaris.ff.tt.6.l.5.§ coloni.C.lib 11.tt.67.l.j.
De conductore uectigalium fifci.ff.tt.5.l.8.§ j.tt. 6.l.5.§ conductores.C.tt.55.
De eo qui maiorum onerum euitandorum gratia ad colonos prædiorum fe tranftulit.ff.tt.5.l.j. § qui in fraudem.
De menforibus frumenti.ff.tt.5.l.10.§ j.tt.6.l.6.in prin.
De profefforibus.ff.tt.5.l.9.l.10.§ angariorum. C. tt.52.l.2.l.4.l.6.l.7.l.11.

De legum doctorib.C.tt.52.l.6.
De grammaticis & oratorib.C.tt.52.l.2.l.6.l.11.
De philofophis.ff.tt.5.l.8.§ philofophis.C.tt.41. l 6.tt.52.l.8.l.11.
De poetis.C.tt.52.l.3.
De ludimagiftris.ff.l.11.§ fin.tt.5.l.2.§ fin.
De calculatoribus.C.tt.52.l.4.
De Hydraulis.C.tt.47.l.4.
De Athletis.C.tt.53.
De officinis feu tabernis urbis Cōftantinopolitanæ.Nouell.c.43.
De ftudiofis literarum.C.tt.49.l.j.l.2.
De libertis.C.tt.56.ff.tt.j.l.17.in prin.§ j.
De eo qui ob agendam caufam in principali iudicio abeft.ff.tt.5.l.8 § fin.
De infamibus.C.tt.57.
De in metallum datis & reftitutis.ff.l.3.§ fi in metallum.
De captiuis & poftliminiō reuerfis. ff. tt. j.l. 17. § poftliminiō.
De eo cui muneribus eft interdictum.ff.lib.48.tt. 7.l.3.§ fin.
De eo qui pecuniam pro adminiftratione offert. ff.l.16.in prin.§ j.C.tt.47.l.9.
De eo qui ne honoribus fungeretur,opus promifit.ff tt.12.l.12.§ fin.
De eo qui antea maioribus honoribus functus eft,ne ad minores nocetur.C.tt.42.
Incola alterius loci non excufatur à muneribus fuæ originis,& cōtrà.ff.tt.j.l.29.tt.4.l.3.in prin. C.tt.38.l.j.l.3.unde infuper 3 cap.pręcedente.
De pauperibus,& ne quis ultra bona fua oneretur.ff.tt.j.l.15.§ in fraudem.l.21.§ idem refpōdit. la 3.tt.4.l.3.§ libertos.l.4.§ j.§ inopis.l.6.in pr. tt.5.l.2.§ fin.l.10.§ auctis.C.tt.42.l.4.tt.51.l.4.l.6. § final.
Si propter inimicitias creatus fit.C.tt.66.l.j.
Si pœnæ nomine curiæ datus fit.C.tt.31.l.38.
Si pater in nominationem filij non confentiat. ff.l.3.§ quod pater.la j.l.14.§ plebeij.
Si pater pro filio munus fufcipere paratus fit.ff.li. 3.§ filio.
Si nolit amplius effe originarius.C.tt.38.l.4.
De reliquis.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.7.l.12.l.14.

DISTINCTIONES EXCVSATIONUM *generales.*

Si is cui excufatio competit, promifit fe munera fufcepturum.ff.tt.j.l.17.§ error.
Si affumat originem.ff.tt.j.l.6.in prin.
Si fponte munera fufcepit,nec excufationem oppofuit.ff.tt.5.l.13.§ fin.tt.6.l.2.in prin.lib.49.tt.18. l.2.C.tt.43.
Si honorem decurionatus agnouerit. ff. tt. 6. l.5.§ final.
Si nominatus non appellauit, uel appellationem non fuo tempore eft profequutus.ff.tt. 5. l. j. in prin.ufq; ad § qui in fraudem.lib.49.tt. 4. l. j. § fi quis tutor.uerf.alia.C.tt.41.l.4.lib.7.tt.62.l.4. l.7.l.11.l.17.tt.64.l.8.
Si penuria fit eorum qui magiftratum fufcipiunt. ff.l.11.§ quoties penuria.l.14.§ fin.
Si antequam priuilegium competijt, nominatus fit.ff.tt.5.l.13.§ fin.tt.6.l.5.§ hoc circa.
Si non à principe conceffa fit uacatio C.tt.44.l.j. lib.8.tt.12.l.j.

Si decreto

Si decreto decurionum data sit immunitas. C. tt. 46.l.j.

Si minus audiens sit.ff.tt.5.l.2.§ minus.

Si patrimonij munus sit, excusatio non competit. ff.l.6.§ fin.l.18.§ sed & eos qui.tt.5 l.2. § patrimoniorū.l.7.l.10.in pr.lib.49.tt.18.l.2.§ fin.C.tt. 41. l.2.l.3.l.5.l.6.l.7.l.9.

Si patrimonia discutienda & æstimanda sunt. C. tt.30.l.3.

Si frumenta conferenda sunt.C.tt.27.l.j.

Si uectigalia soluenda sunt.ff.lib.49.tt.18.l.2.§ fin.

Si tributa soluenda sunt.uide 8 cap 9.lib.eod.

Si portus aquæductus uel muri instaurandi uel extruendi sunt.C.lib.8.tt.12.l.6.

De reliquis muneribus, à quibus excusatio non competit ff.l.12.l.18.§ penult. & ult.tt.5.l.2.§ j.l.6. l.8.in pr.§ qui muneris.l.11.C.tt.41.l.3.l.10. tt. 45. l.j.tt.48.tt.52.l.6.lib. 11.tt.74.l.4.l.5.lib.j.tt. 2.l. 11. lib.12.tt.51.l.21.

2 *Quibus competit excusatio & immunitas.*

De liberis eius qui immunis est.ff.l. 3. § quamuis. C.tt.50 l. 4 tt.52.l.6.l.11.§ fin.

Si uacatio liberis,posterisq; sit concessa.ff.l.13.tt.6. l.j.§ fin.l.4.

De hæredibus.ff.tt.6.l.j.§ j.C.tt.47.l. 13.

De fratre socio.C.tt.40.l.3.

De uxoribus priuilegiatorū.C.tt.52.l.6.l.11.§ final.

De liberis & libertis nauicularij.ff.tt.6. l.5. § immunitati.

De militum cognatis.ff.l.3.§ j.

De eo qui ex eadem domo ad idem uel aliud munus uocari potest.C.tt.40.l.j.

De reliquis, uide 8 causas excusationum.

3 *Apud quem competat?*

ff.tt.j.l.37.in prin.C.tt.45.l.j.

4 *Quomodo competat seu proponenda sit?*

Per appellationem.ff.tt.5.l. j. in prin.C.tt. 45.l.j.l.ii. j.tt.45.l.2.

5 *Euentus excusationis propositæ.*

De nihil innouando,nec honoribus gerendis appellatione pendente.ff.l.7.§ fin.

Vt collega interim utriusq; officium sustineat, uel alius creetur.ff.lib.49. tt.j.l.21.§ si magistratus. § in locum.

Si expensis soluēdis nominato absoluto.ff.lib.49. tt.j.l.21.§ si magistratus.C.tt.31.l.2.tt.67.

De damno quod respub. passa est præstando à nominato,si non recte appellauit.ff.lib.49.tt.j.l.21. § si magistratus.tt.10.l.j.

EVENTVS INIVNCTI ET
susceptí muneris: item officia
& iura suscipientis.
Cap. 24.

1 DE CAVTIONE REMPVBLI-
cam saluam fore,à nominato præstanda.
Qui cauere teneantur?

Ne filius pro patre cauere teneatur. ff. tt. 4.l.16.§ inuitus,tt.8.l.4.§ filium.

De curatore calendarij.ff.tt.8.l.10. § item rescripsi curato.

2 *Cuius sumptibus sustinenda onera?*

De sumptib.ex bonis patris filio nominato præstandis, uide paulo inferius uers. de patre nominati.

De sumptibus liberto à patrono præstandis. ff. tt. 4.l.3.§ liberos.

De sumptib.à uitrico nominati pręstandis.ff.tt.4. l.3.§ uitricus.

3 *De sumptib. quos quis ob munus fecit, repetendis.* ff.tt.8.l.10.§ item rescripsi.si toto.C.tt.63.l.2.lib.11. tt.37.

4 *De actione quæ competit ex mala muneris administratione.*

1 *Causæ ex quibus datur,uel non.*

De dolo, lata culpa & diligentia.ff.tt.8.l.7.

Si calculi error interuenit.ff.tt.8.l.9.

Si nomina tēpore curationis deteriora facta sunt, uel antè,an curator teneatur.ff.tt.8.l.10. § penultimo.

2 *Aduersus quos datur?*

De patre nominati.ff.tt.j.l.2.in prin.usq; ad § fin. l.17.§ filium.l.21.§ idem respondit.la j.§ penultim.l.38.§ item rescripsi.la 3.tt.2.l.6.§ pater. l.7. § fin.tt.4.l.3.§ quod pater.§ si duo. cum sequent. l.15. l. 17. § j. tt. 8.l.8.lib.17.tt.j.l.60.§ fin. C.tt.31. l.5.tt.40.l.j.§ fin.tt.60.l.j.l.2.l.4.tt.61.l.j. lib. 4. tt. 13.l.4.

De patre adoptiuo.ff.tt.j.l.21.§ itē respondit.la 2.

De patris hæredibus.ff.tt.4.l.15.tt.j.l.21. § idem respondit.C.tt.31.l.j.l.48.tt.61.tt.68.

De hæredibus nominati.ff tt.j. l.38.§ imperatores.tt.8.l.10.§ j.§ 5.tt.10.l.j.in prin.C.lib.11.tt.35.l. j.l.4

De nominatore.ff.tt.j.l.11.§ quòd si fortè l.13.l.15.§ in eum.l.17.§ nominati.§ fin.tt.4.l.14.§ plebeij. tt.8.l 2.§ eo tempore.C.tt.60.l.4.lib.11. tt.33. tt. 55 l 2.l.3.l. 4.

De fideiussoribus.ff.tt.j.l.17.§ fin.l.38.§ imperatores.C.lib.11.tt.34.tt.35.l.2.

De pignoribus quæ dedit fideiussor.ff. tt. 8.l. 4. § final.

De collega.ff.tt.j.l.11.l.12.l.13.l.21.in pr.tt.8. l. 2. § his reipub.l.3.l.4.in prin.l.10.§ item rescripsi.curatorem.C.lib.4.tt.19.l.3.lib.11.tt.15.

De successore in munus uel honorem.ff.tt.j.l.36.§ Titius.tt.8.l.4. § j.§ idem in uectig.C.tt.31.l.23.

De uxore nominati.C.tt.32.l.11.

De fratre socio.C.tt.31.l.7.

De eo qui cum posset hac actione agere, nō egit. C.lib.11.tt.33.

3 *Quid ueniat in hanc actionem?*

De usuris.ff.tt.j.l.21.§ Paulus.l.24.tt.8.l.10. in prin. § fin.C.lib.11.tt.38.

Curatores si in distrahendis bonis negligenter se gesserint,in simplum:si per fraudem,in duplum tenentur.ff.tt.8.l.10.§ 5.

4 *Euentus.*

De actione condemnato aduersus collegam uel eius hæredes præstanda.ff.tt.j.l.12.tt.8.l.2.§ actio autem.

DE CVRSV PVBLICO.
C.lib.12.tt.51. Cap.25.

1 *Ad cuius curam & officium pertineat munus cursus publici.*

De agentibus in rebus.tt.23.l.2.l. 4.

2 *Quibus exhibitio cursus publici est committenda?*

l.14.l.22.§ fin.

3 *Qui teneantur ad onus cursus publici?*

l.3.in prin.l.19.l.21.l.26.

4 *De per-*

4 De personis cursus publici.
De iis qui exhibent cursum publicum .l. 14. l. 22. § final.
De mulione euectioni deputato non subtrahendo.l.17.
De stabularijs & equorum curatoribus, ne à uere darijs spolientur.l.13.
5 De rebus cursus publici.
De equis cursus publici:de illis flagello tantum agitandis.l.3.
De illis ad alios usus non usurpandis.l.2. in prin. l.10.
De equorum stabulis.l.7.
De equorum pabulis.l.18.
De ornatu equestri,sella,frenis & auerta.l.12.
De curribus reparandis.l.7. in prin.
6 De ipso cursu publico.
Quibus competat ius utēdi publici cursus.l.2.,l.6. l.9.l.10.l.11.l.16.l.20.tt.58.l.2.Pœna, si quis ius utē. di non habens eo utatur.l.6.
Quis euehet.Si quis non eo qui euectioni præpositus est,sed alio auriga utatur.l.4.§ fin.
Antecedentia.De serie euectionis inspiciendo.l.3.in prin.
De loco euectionis.Si per uiam illicitam publico cursu quis sit usus.l.3.
Quot utendū curribus & equis à singulis,& pœna si contrà fiat.l.4.l.15.l.23.
Singulis diebus deni cursus ex utraq; parte dimittendi.l 8.

FINIS LIBRI TERTII ET VLTIMI
Partis primæ de iure publico.

METHODI IVRIS CIVILIS

PARS SECVNDA.

DE IVRE QVOD IN PERSONIS HABEmus, cum suis causis & actionibus.

AD DN. MATTHIAM HELDT EQUITEM AVRATVM, DOCTOREM IVRIS, ac Cæsareæ Maiestatis Consiliarium, NICOLAI VIGELII De praxi iuris ciuilis,

PRAEFATIO.



CVM superioribus,annis, Vir clarissime,agerem Spiræ, D. MELCHIOR SVVARTZENBERGIVS, uir tui amantissimus,multa mihi de tuo singulari erga Iurisprudētiæ studiū amore prædicauit,inter cætera narrans te ad scholam publicam instituendam multa millia florenorum legasse.Gratulor ergo egregiç tuæ erga literarum studia uoluntati, lætorq; superesse adhuc uiros in Germania,quib. iuris studia curç sunt,pręsertim hoc tempore quo usus eius uel ob solam litium ferè immortalitatem est corruptissimus. Ego quidem quātum scribēdis libris possū,laboro sedulò,ut & cognitio iuris facilior, & usus eius in foro expeditior fiat:cūq; illud meliore methodo, hoc certiore praxi effici posse putē, Methodum iuris ciuilis conscribere decreui, cuius iam secundā & tertiam emitto partē:eaq; quæ ad Praxin mihi proficere uidentur,uel in præfationibus soleo adijcere,quo studiosis iurisprudētiç methodus & praxis iuris simul innotescat.Praxis aūt seu usus Iurisprudentiæ in duobus potissimùm consistere mihi uidetur: in consultatione nimirum,& iudicio.Nam quid apud iudicem proponendū sit, de eo cōsultatur,iudicatur autē de proposito: illud quidem aduocatorū, hoc uerò iudicū munus est.De utroq; hic præfationis loco pauca dicā. & primùm de cōsultatione.

Cùm in omni uita,tum in iudicijs præsertim nihil à nobis agendū,nihilq; propónendū est,cuius non possimus rationem aliquam probabilem reddere. Qui ergo alterū in ius uocat,& quid sibi ab eo dari uel fieri petit,certam eius suæ petitionis, & in iure fundatam rationē debet adferre. Vt enim certa res quæ petitur, ita certa quoq; causa ex qua petitur,ab actore in libello desigñāda est,quo & certa responsio ab aduersario dari,& certa sentētia à iudice ferri possit. Causa etiam ista uel ratio,quam actor adfert,iure debet esse subnixa. Nam res uindicantē ab emptore(in quir rexrus)suos numeratos nummos asseuerantem,erga probationē laborare nō conuenit:eum siquidē huiusmodi licet probetur factum,tamen intentioni nullum

præbet adminiculum. Actor igitur aut tanquam dominus rem sibi restitui petet, aut tãquam hæres, aut tanquam sibi pignori obligatam, ui uel furto ablatã: aut tanquam à se depositam, commodatam, conductam, emptam, &c. Quo autem istiusmodi certam aliquam & in iure fundatam suę petitionis rationẽ possit inuenire, causa pręsens illi probè perspecta, actionumq́; genera ei debent esse nota. Nihil enim aliud actiones sunt, quàm iura persequendi iudicio, quód nobis debetur. Sæpè autem euenit, ut eidem plures rationes, plures actiones & iura experiundi competant: quo casu unũ ex omnibus eligendum: aut si possit & expediat, omnia in uno libello cumulanda erunt. Vt autem actor certam suæ petitionis & in iure fundatam rationem proponere debet: ita certam quoq; & in iure fundatam exceptionem reus debet opponere. Quodcunq; autem ius elegerit actor, quamcunq; propósuerit actionẽ, ea uarijs modis à legibus distincta erit, certisq́; circumsepta limitibus quos ei qui ista actione utitur, egredi nõ licebit: puta, repetit quis dotem, quam pro muliere dederat, sibiq́; eam mortua in matrimonio muliere reddi stipulatus erat. Iustissima est hæc ex stipulatu actio, & repetitionis ratio. Quid enim tam congruum fidei humanę, quàm ea quę inter eos placuerint seruare? Sed quid si inutiliter dotem sibi reddi stipulatus est actor? quid si reddi tantũ, non specialiter sibi reddi stipulatus est? quod si post datam demũ dotem, eam sibi non consentiente muliere reddi pactus est? quid si postea pactum in contrarium de retinenda dote factum est? quid si res dotalis sine culpa mariti perijt? quid si res aliena in dotem data, euicta sit? Certè hisce omnibus, alijsq́; similibus casibus ius, quo actor experitur, distinguitur, eiq; denegatur actio. Qui ergo reus conuentus de exceptione actori opponẽda consultat, ius quo actor experitur, & in quo disputatio præsens uersatur, eiusq́; distinctiones, totamq́; actionis propositæ naturã penitus cognitã, perspectamq́; debet habere. Eadem replicationis, duplicationis, triplicationis inquirendæ ratio est. Nam nulla ferè exceptio à reo conuento potest opponi, quæ non etiam perinde ut actio suas habet distinctiones, suosq́; limites à legibus positos, quos egredi non licet. Nam fingamus reum conuentum, contra prædictam ex stipulatu de dote actionem excipere hoc modo: Si non postea pactum in cõtrarium de non repetenda dote factũ esset, profectò iusta est hæc exceptio, cum aper tissimi iuris sit, pacto posteriore prius tolli. Sed quid si fideiussore paciscẽte, ne à se repetatur, reus conueniatur? quid si altero hæredũ creditoris paciscẽte ne repetat, alter agat? quid si pupillus pactus sit, ne petat? quid si error aut dolus in pacto posteriore interuenit? quid si posteriore pacto sub certa conditione facto, cõditio defecerit, &c. profectò hisce atq; huiusmodi alijs casib. ius exceptionis oppositæ distinguitur, eiq; per istas species derogatur, daturq; actori aduersus pacti conuenti exceptionem replicatio. Qui ergo exceptionem quærit, ius ex quo agitur: qui replicationem, ius ex quo excipitur: qui duplicationẽ, ius ex quo replicatur, cum omnibus eius distinctionibus scire: & utrum aliqua istarũ distinctionũ causæ suæ insit, attẽdere debet. Quare omnis qui feliciter de causa aliqua consultare, exceptiones & argumenta in causis latentia inuenire uolet, non solum factum, sed & ius probè nosse debet: alioquin non multum ei, quamuis erudito & acuto, proderunt ad inueniendum loci ex quibus argumenta promuntur. Fecit quis testamentum coram tribus saltem testibus, filio suo præterito: quod testamentum postea mutauit. Profectò si is qui ex hoc testamento conuenitur, nesciat septem testes in testamento requiri, item ut filius uel nominatim exhæredetur, uel ex aliqua parte hęres instituatur, putetq; ut in contractibus, ita in testamentis quoq; pœnitentiæ locum non esse: hic quamuis diligentissimè causæ circumstantias perlustret, personas testium, cõsequentia, & alia quæ causę insunt consideret: tamẽ nec trium saltẽ testium, nec filij præteriti, nec testamenti mutati exceptionem facilè uidere poterit. quemadmodum nec is cuius bona ui rapta sunt, si ignoret, ui bonorum raptorum nomine actionem in quadruplum à iure dari, in quadruplum experietur. Vt igitur nemo facilè ęgroto, quamuis eius naturã & cõplexionem, morbi etiam genus & causam probè norit, mederi poterit, nisi insuper artis medicę fuerit peritus: ita quoq; non facilè ius agendi, excipiendi, ac defendendę causæ consilium, quamuis causam per omnes circumstantias & qualitates habeat cognitam, poterit inuenire is, qui iuris scientia non est instructus. Quod & in omni alia consultatione

obtinet. Quid enim boni ille de re militari consulet, qui rei militaris scientiam nullam habet? quid de repub. benè instituenda consulere potest is, qui reipub. gerendæ & gubernandæ scientiam sibi nec doctrina nec usu comparauit? In omni itaq; consultatione duo hæc nobis tenenda sunt: nimirum ut & eius artis, ad quam consultatio præsens spectat, habeamus scientiam, & præsentis rei seu causæ statum ac conditionem noscamus. Quas duas res si habuerimus, facile quid utile in re sit, & quomodo effici posit, poterimus uidere. Hæc quidem de consultatione paulo copiosius disserui, nō quidem quòd uel dubia ea uel obscura existimauerim: sed ut eos qui totam uitam in dialecticis & rhetoricis consumunt, commonefecerem, parum sibi locos inuentionis, quos dialectici & rhetores præscribunt, ad inueniendum profuturos, nisi & alias artes atq; scientias addiscant. Quod quidem & ex eo intelligi potest, quod ij qui rerum experientiam habent, sæpè scitius argumenta inueniant, melioraq; dent consilia, quàm ij qui dictos inuentionis locos optimè callent. Isti ergo loci tum demum nobis ad inueniendum prodesse possunt, cum alias etiam artes atq; scientias addidicerimus. Porrò ex prædictis patet, causę aduocatū non solùm linguam uerbis, sed & mentem iuris scientia instructam habere debere, nec causam propositam ignorare. tunc enim si singulas causæ circumstantias diligenter perlustrabit, quasi lumine tenebris admoto, actiones, exceptiones & argumenta in causa latentia illi apparebūt, & quid sibi apud iudicem proponendum sit sciet. Iuris autem scientiam secum in forum deferre debet: neq; ut quæq; res ad eum delata erit, tum demum iura ex quibus agendum & excipiendum illi est, addiscere. Planè excepturus cōtra actionē obseruabit, in quo loco ius seu actio, qua actor experitur, descripta sit: ad eum locum si peruenerit, eūq; diligenter perlegerit, ultrò illi exceptiones, replicæ, duplicæ occurrent: nec opus illi erit ad infinitum Commentariorū pelagus confugere, cum uniuscuiusq; actionis natura cum suis distinctionibus & subdistinctionibus à iure in tribus uel quatuor paginis sit descripta. Proderit etiam illi ad faciliorem iuris cognitionem (ni fallor) Methodus iuris ciuilis, quam nunc sum aggressus.

Sed de iudicio, altera practices specie, nunc dicā. Sciendum est igitur, duplex esse iudicium aliud siquidem stulti hominis iudicium est, aliud uiri sapientis: differtq; hoc ab illo, quemadmodum scientia ab opinione, ratio ab affectu. Nam uir sapiens certa scientia iudicat, stultus autem inani quadam persuasione & opinione incerta: ille ratiocinatur, hic rapitur affectibus ad pronunciandum. Conqueritur apud iudicē Seia: Quamuis ipsa se patri suo quoad uix[illegible]rit obsequentem & morigeram sedulò præbuerit, omnia quæ patri grata fore putasset egerit, summoq; studio in hoc incubuerit semper, ne ullo modo animum eius offenderet: tamen anno superiori immerentem se ab eo falsa quorundam maledolorum persuasione instimulato, contra omne ius & pietatis officium testamento exhæredatam, fratre suo Titio ex asse hærede instituto. Petere itaq; se, ut iudex dictum patris testamentum tanquam inofficiosum rescindere, & sibi ab intestato succedendi locum facere uelit, ne in totum à paterna substantia excludatur: non sanæ mentis fuisse patrem cum ordinasset testamentum, immerentē se contra ius naturæ & pietatis officium exhæredatam: nihil aliunde quo inopem uitam sustentare queat se habere, si à paterna succesione excluderetur: se ex ditissimo patre natam, ad imam detrudi paupertatem: uitam sibi amaram, mortem optatam fore. Implorare sese fidem, iusticiam & misericordism iudicis, &c. Iudex sapiens ac doctus de hac actione iudicaturus, nec uerbis nec lachrymis mulieris mouetur, nec pauperis miseretur in iudicio, ut & sacra scriptura præcipit: sed ratiocinatur ita,

Pater inofficiosè exhæredauit filiam. Ergo
Testamentum eius tanquam inofficiosum rescindendum.

Ad hanc actionē ut iure subsistenteē, audit rei cōuenti responsum. Reus aūt, frater actricis, hæres scriptus, ita respōdet: Ius uetus est, domine iudex, nec nostra ætate abolitū, quo permittitur militib. quocūq; uelint modo testari, adeò ut & liberos suos præterire, & sine causa exhæredare posint, inofficiosi querela in illorū testamētis penitùs cessante Pater actricis, ideōq; pater meus, ab ineunte ætate militiā armatā secutus, superiori anno in expeditione Imperatoris contra regē Galliæ miles ęger corpore factus, sanus tamen mēte, testamentū suum ordinauit: cumq; me amore, sororē meam

odio summo prosequeretur, eam in testamento exhæredauit, me hæredem instituit, hæredē quem uoluit nuncupauit, quam noluit exhæredauit, postea proximo sequē ti mense in eadem expeditione mortuus est. Possem iustam exhæredationis causam, quæ etiam in pagano probaretur, si opus esset, allegare: uerùm malo nunc parcere famæ sororis, quàm plura pro causa mea dicere. Sufficiat iudici, quòd & legi satis est, testatorem fuisse militem, &c. Iudex de hac exceptione iudicaturus, eam in syllogismū redigit hoc modo:

Contra testamentum militare inofficiosi querela non est admittenda.
Sed hoc testamentum est militare. Ergo,
Contra hoc testamentum querela inofficiosi non est admittenda.

Hanc exceptionem iure subsistere intelligit, quoniam primus articulus, seu maior propositio syllogismi uera est, ex l.10. C. de inofficioso testamēto. & l.27 § de inofficioso. ff. eod. tt. Quid igitur aduersus eam replicatura sit actrix attendit. Actrix autem replicando dicit, ius ab aduersario allegatum iam olim in desuetudinem abijsse, consuetudinem illi aduersari: rursus orās, obsecrans, omnes deos hominesq; implorans, &c. Iudex tamen sapiens nihilo minus mouetur, sed & eam replicationem complectitur syllogismo tali:

Quando consuetudo loci iuri Romano repugnat, ea potius quàm ius Romanum sequenda est.
Sed hoc casu consuetudo loci iuri Romano repugnat. Ergo,
Consuetudo potius hoc casu quàm ius Romanum sequenda.

Et huius syllogismi propositionem maiorē iudex ueram intelligit ex l.31. ff. de LL. & senatusc. Replicationem igitur tanquā iure subsistentem admittit, & quid contra eam duplicaturus sit reus expectat. Reus autem duplicando negat minorem syllogismi propositionem, affirmat eam actrix. Lis igitur hic oritur de eo, an iuri allegato, nempe quòd contra testamentum militare non admittatur querela inofficiosi, cōsuetudo loci repugnet. Cuius rei probationem actrici tanquam affirmanti iudex imponit. Ita sapiens ac doctus iudex certo modo in iudicando procedit, omnē actionem & exceptionem syllogismo complectitur: utrum ea iure subsistat, hoc est, utrum maior syllogismi propositio uera sit obseruat, in quo cōsistat cōtrouersia attendit: quod lex statuit, non quod sibi uidetur pronunciat, nec distinguit ubi non distinguit lex, ratiocinatur, non mouetur nec flectitur oratione, animum in iudicando tranquillum, nō affectibus perturbatum habet. Itaq; irascatur, obiurget, optet, execretur, ardeat, fulminet sua oratione orator utut uelit, animus sapientis iudicis in sede sua manet: quoniam quid, non quomodo dicatur curat: & res, nō uerba cōsiderat. Nihil igitur apud eum uerbosa proficit eloquentia: paucis enim doceri potest: at nō potest moueri uel plurimis. Vnde Cicero: Hæc in senatu minore apparatu agenda sunt, inquit. sapiens enim est consilium: & Antigonus rex Macedonum cuidam oratori paulo elaboratiore oratione apud se utenti dixit: Non desines, inquiens, mecū ut ut cum turba agere? Ita uir sapiens ac cōnstans omne id quod magis ad commouendum quàm docēdum spectat, tanquam superuacuum in oratione auersatur.

Talis igitur iudex desiderat, ut breuiter & planè sibi exponatur negociū: quod quidem tam facile est (inquit Cicero) ut mihi permirū sæpè uideatur, cum difficilius intelligatur quid patronus uelit dicere, quàm si ipse ille qui patronū adhibet de re sua diceret. Isti enim qui ad nos causas deferunt, ita nos plerunq; ipsi docent, ut non desideres planius dici. Easdem res autem simulac Fusius aut uester æqualis Pomponius agere cœpit, non æquè quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo: ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum: tantaq; insolentia & turba uerborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras adferat, atq; ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere uideantur. Hæc Ciceronis uerba ostendunt, suam etiam ætatem habuisse oratores nostris procuratoribus non absimiles. Sed ut ad propositum redeā, quale sit sapientis ac docti uiri iudicium, ex prædictis patet. Longè autem ab eo diuersum est iudicium stulti. Nam ille nullam certam in iudicando rationem seruat, non ueritatē, nō legis præscripto, sed errore, odio, amore, aut alia aliqua mentis permotione uel inani persuasione iudicat,

non tam quid, quàm quomodo dicatur obseruat. Proinde non solùm docendus est hic iudex, sed etiam mouendus oratione multa, uaria, copiosa, rerum & uerborū ornatu splendida. Qui ergo breuiter aut summisse dicunt, parum apud istiusmodi iudicem proficiunt: quoniam docere tantum, non etiam mouere possunt: oratore opus est qui sua oratione ab inferis mortuos resuscitet, muta faciat loquentia, patriam inducat lachrymantem, omnesꝗ deos hominesꝗ imploret. Non enim ratione iste iudex ducitur, sed rapitur affectibus. Vnde eloquentiæ usus apud imperitam multitudinem & stultam plebeculam, quæ magis affectis quàm doctis animis iudicat, præcipuus est. & (ut Cicero inquit) omnis oratoris actio opinionibus, non scientia continetur. Nam & apud eos dicimus (inquit) qui nesciunt, & ea dicimus quæ nescimus ipsi. Itaꝗ & illi aliàs aliud ijsdem de rebus & sentiunt, & iudicant: & nos contrarias sæpè causas dicimus, nō modò ut Crassus contra me dicat aliquādo, aut ego cōtra Crassum, cum alterutri necesse sit falsum dicere: sed etiam ut uterꝗ nostrûm eâdem de re aliàs aliud defendat, cum plus uno uerum esse non posit, &c. Hac igitur ratione superior ætas mota, eloquentię usum è iudicijs repellendum putauit. quòd ea magis ad commouendum & seducendum iudicem, quàm ad docendum uideretur accommoda: & pro ea breuem quandam ac simplicem docendi, disputandiꝗ rationem esse uoluit. Proinde statutum, ut actor suam actionem per articulos exponeret, reusꝗ singulariter singulis articulis responderet: suas item exceptiones, si quas haberet, itidem articulatim exponeret, actorꝗ rursus singulariter singulis responderet. Hinc articulatæ narrationes & responsiones singulariter singulis, quibus adhuc hodie in iudicijs utimur, profluxerunt: quæ sanè disputandi causasꝗ agendi ratio, ut à rhetorum simul & dialecticorum pręceptis abhorret, ita multa absurda secum inducit. Nam cum uniuscuiusꝗ causæ unus tantum status sit, de quo principaliter controuertendum erat, ista disputandi ratio plerumque ultra uiginti status seu articuli probatorij (ut uocant) nascuntur. Hinc etiam quo doctiores sunt iudices, eo minus se extricare negocijs queunt: cum alioquin ars facilitatem, non difficultatē faciat. Quę res etiam facit ut in una causa, quæ alioqui uel uno mense expedire posset, uiginti, interdū triginta annis procedatur. Hæc notiora sunt, quàm ut indigeant probatione. Itaꝗ qui pro eloquentiæ usu morem articulatarum narrationum & responsionum singulariter singulis introduxerunt, uitando Charybdim, in Scyllam inciderunt. Sanè si ij ad quos iudicādi munus pertinet, certam de causis iudicandi rationem tenerent, nec eloquentia moueri, nec intricatis & perplexis disputationibus in errorem duci possent: facileꝗ & litium diuturnitatis animaduerterent causam, & remedium ei adhiberent. Hoc enim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret (inquit Textus) nā si ipsi noluerint, nullus tam audax inuenitur, qui posit inuito iudice litē protelare. Maximè itaque optandum esset, ut ij qui in scholis iura profitentur, iuuentutē suam in uera iudicādi ratione exercerent: ita enim uera illa & certior iudicandi ratio, aliquando in forum esset peruentura. quo futurū esset, ut sanato capite, reliqua iudicij membra diligentius sua facerent officiū, litium diuturnitas cessaret, iusticiaꝗ simul & concordia in rebuspub. magis uigeret. Tanta ex scholis utilitas prouenire potest, si eę rectè instituātur. Quare pergas in eo, Vir clarissime, quod proposuisti: solidam atꝗ perpetuam eo gloriam tibi paraturus.

DE IVRE

DE IVRE INTER MARITVM ET VXOREM: item inter parentes & liberos:

Liber quartus.

DE SPONSALIBVS.
ff.lib.23.tt.1.C.lib.5.tt.1.
Cap. j.



RIMV'M tractabuntur causæ, quibus ius inter maritum & uxorem cõstituitur. Eę autem sunt, sponsalia & nuptiæ.

¶ I. *Definitio sponsaliorum.*

ff.l.j.cum duabus ll sequent.

¶ II. *An ualeant sponsalia?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona eius qui despondetur.*

De ijs qui nuptias contrahere non possunt.ff.l.15.tt.2.l.61.§ quamuis.

De impuberibus.ff.l.9.l.14.

De furiosis.ff.l.8.

De tutore, eiusq; filio & pupillo.ff.l.15.tt.2.l.61.§ quamuis.

De senatore & libertina.ff.l.16.

De ijs qui in potestate publica sunt, horumq; liberis: & ijs qui in ea prouincia, quam administrãt, habitant, uel ex ea oriundi sunt.C.tt.2.ff.tt.2.l.38.in prin.

De absente.ff.l.4.l.5.l.18.

2 *Ex persona despondentis, & eius per quem despondetur.*

De tutoribus.ff.l.6.

Per alium constitui possunt sponsalia. item per literas, & per nuncium.ff.l.18.

3 *Ex modo quo constituuntur sponsalia.*

1 *De consensu.*ff.l.4.l.1.

¶ *An ergo si cum sensus non interueniat, sponsalia non ualeant?*

DISTINGVITVR:

Ex persona dissentientis.

De ijs qui despondentur, & quorum cõsensus in nuptijs desideratur.ff.l.5.l.6.§ fin.l.7.§ fin.l.12.

De filiofamiliâs.ff.l.11.l.13.

Ex modo dissentiendi.

Si non euidenter dissentiat.ff.l.7.§ fin.

Si non repugnat.ff.l.12.

2 *Si sine testatione & scriptura contrahuntur sponsalia.*ff.l.7.in prin.

4 *Ex consequentibus.*

Si furor alterutrius interuenerit.ff.l.8.

Si renuncietur sponsalibus.ff.l.6.l.10.lib.24.tt.2.l.2.§ in sponsalibus.C.l.j.l.4.

Si nuptiæ ultra annum uel biennium protrahantur.ff.l.17.C.l.2.tt.17.l.2.

¶ III. *Euentus si sponsalia sint dissoluta.*

De arra restituẽda, & duplo plus.ff.tt.2.l.38.in pr.C.l.3.l.5.tota.tt.2.l.j.lib.3.tt 3.l.42.in pr.tt.4.l.16.Nouel.c.123.§ sponsalibus.

De dote uindicanda uel condicenda, nuptijs non secutis. ff. lib.23. tt.j.l.10.tt.2.l.7.tt.3.l.7.§ si res in dotem, l.9.in prin.l.17.§ fin. l.41. in prin.l.43.§ quoties autem.l.59.§ eius nomine.l.74.lib.22.tt.j.l.38.in prin.lib.16.tt.3.l.27.C.tt.3.l.15.l.16.tt.6.l.7.

DE NVPTIIS.
Inst.lib.j. tt.10.ff.lib.23.tt.2.C.lib.5.tt.4. Cap.2.

I. *Definitio nuptiarum.*

Inst.tt.9.§ nuptiæ.ff.l.j.

II. *Vsus.*

Nuptijs nihil est in hominum uita utilius, ut quæ solæ homines procreare & producere possunt. Nouell.c.39.§ hæc meritò.

III. *Proprium.*

Semper in coniunctionibus nõ solùm quid liceat cõsiderandum est, sed & quod honestum est.ff.l.42.in prin.lib.50.tt.17.l.157.

IIII. *An sint iustæ nuptiæ?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex personis nuptias contrahentium.*

Inst.§ ergo non omnes.

¶ 1 DE COGNATIS.

De ijs qui parentum, liberorum'ue locum inter se obtinent.Inst.§ ergo non omnes.ff.l.53.l.69. C.l.17.

De parentibus & liberis adoptiuis. Inst. § & hæc adeò.ff.l.55.

De liberis uulgò quæsitis.ff.l.14.§ unde nec.

De eo de quo dubitatur an parens sit.ff.l.14.§ seruiles.

De ijs personis, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur.Inst.§ inter eas.ff.l.69. C.l.17.

De fratre & sorore.Inst.§ inter eas.C.l.17.

De sorore uulgò quæsita.ff.l.54.

De fratre & sorore per adoptionem. Inst. § sed si qua per. usq; ad § fratris.ff.l.17.in prin.

De fratris & sororis liberis.Inst.§ fratris uerò.ff.l.39.l.58.C.l.17.tt.5.l.9.tt.8.l.2.

De adoptiuæ sororis filia.Inst. § eius uerò mulieris.ff.l.12.§ adoptiuæ.

Cuius quis filiam ducere non potest, eius ne neptem quidem potest.Inst.§ fratris.

De consobrinis, fratribus & sororibus, patruelibus & amitis.Inst.§ duorum.ff.l.3.l.68.§ de uno.C.l.19.lib.6.tt.15.l.2.

De amita & matertera, item de amita & matertera magna.Inst.§ duorum.ff.l.12.§ si.l.17.§ amitam.C.l.17.

SVBDISTINCTIO GENERALIS.

Si seruilis cognatio sit.Inst.§ illud certum est.ff.l.14.§ seruiles.

Si libertinorum cognatio sit. Inst. § illud certum est.ff.l.8.

Si ex iniustis nuptijs cognatio sit.ff.l.54.

Si per adoptionem cognatio sit.ff.l.55.

¶ 2 *De adfinibus.*

Inst.§ adfinitatis.ff.l.69.C.l.17.

De seruili adfinitate.ff.l.14.§ idem tamen quod.

De priuigna & ouru. Inst § adfinitatis. ff. l. 14. § nunc uideamus. usq; ad fin legis.

De filia, ex uxore mea repudiata, nata. Inst. § si uxor tua. ff. l. 12. § si uxor.

De socru & nouerca. Inst. § socrum. ff. l. 14. § nunc uideamus. usq; ad fin. legis.

De priuignæ filia. ff. l. 40.

De priuigni uxore. ff. l. 15.

De sponsa patris uel filij. Inst. § si uxor. ff. l. 12. § inter me.

De concubina parentis. C. l. 4.

De uxore patris adoptiui. ff. l. 14. in prin. § nunc uideamus. l. 12. in prin.

De uxore fratris, & sorore uxoris quondam meæ. C. tt. 5. l. 5. l. 8. l. 9.

De uxoris quondam meæ nouerca. ff. l. 15.

De nouercæ uel uitrici filio, filia'ue. Inst. § mariti. ff. l. 34. § inter.

¶ 3 *De tutore & pupilla, de curatore & adulta.*

ff. l. 36. l. 60. l. 61. in prin. usq; ad § quid ergo si adopt. § fin. l. 63. in prin. § fin. l. 65. in pr. l. 67. l. 68. § & si quidem. § fin. C. tt. 6. l. 7.

De liberis tutoris & curatoris. ff. l. 60. l. 61. § quid ergo. usque ad finem legis. l. 67. l. 68. in pr. usque ad § sed etsi. § sed uideamus. C. tt. 6. l. j. l. 3. l. 4. l. 6. l. 7.

De filia tutoris & curatoris. ff. l. 65. § final. C. tt. 6. l. 5.

De patre tutoris & curatoris. ff. l. 68. § sed etsi filiusfam.

De fratre tutoris. ff. l. 68. § sed etsi.

De hærede tutoris. ff. l. 65.

De liberto curatoris, & adulta. ff. l. 37. l. 67. § fin.

De eo qui pro tutore uel curatore negocia gerit, eiusq; filio. C. tt. 6. l. 8. ff. l. 61.

De curatore uentris & bonorum. ff. l. 68. § & si quidem.

De matre pupillæ. C. tt. 6. l. 2.

De hærede pupillæ. ff. l. 68. § si pupillæ.

¶ 4 *De reliquis personis, inter quas matrimonium non consistit.*

De eo qui officium in aliqua prouincia administrat, & ea quæ inde oriunda est, uel ibi domiciliũ habet. ff. l. 38. in prin. usque ad § fin. l. 63. l. 66. C. l. 6. tt. 2. l. j. tt. 7. l. j.

De liberis eius qui officium administrat. ff. l. 38. § fin. l. 57.

De senatore, eiusq; liberis, ne libertinas ducant. ff. l. 13. l. 16. in prin. l. 23. l. 27. l. 31. l. 32. l. 34. § fin. l. 42. § si. l. 44. tota. l. 47. l. 59. C. l. 28. tt. 5. l. 7. § fin. Nouell. c. 78. cæterùm si quis.

De senatore eiusq; liberis, & ancilla ancillæ'ue filia uel alia humili & abiecta. ff. l. 42. § si senatoris. § 42. § senatus. l. 44. tota. C. tt. 5. l. 7. tt. 4. l. 23. Nouell. c. 117. § illo indubitanter.

Inferioris gradus homines eas uxores, quas altioris gradus homines ducere prohibentur, ducere possunt: sed non contrà. ff. l. 49. l. 44. § final.

De liberis & ancillis uel seruis. C. tt. 4. l. 21. tt. 5. l. 3. Nouell. c. 22. § si uerò cum quis. usque ad § deportatio.

De libera & adscripticio. Nouel. c. 22. § neque item alieno.

De ingenuis & libertinis. ff. l. 23.

De patrono & liberta, patrona & liberto, liberisq; patroni patronæ'ue. ff. l. 13. C. l. 3. l. 15.

De liberto & liberta eiusdem patroni. ff. l. 63. § mulier.

De Iudæis & Christianis. C. lib. j. tt. 9. l. 5.

Ne mulier rapta raptori suo nubat. C. lib. 9. tt. 13. § & siue non nuptæ. Nouell. c. 150.

De adultero & adultera sua. ff. lib. 34. tt. 9. l. 15. Nouell. c. 134. § si quis autem de adult.

De concubina sua. C. tt. 27. l. 5.

De ea quam maritus adulterij ream, & eo quem cum ea reum facere destinauerat. ff. lib. 48. tt. 5. l. 40. in prin. l. 11. § licet mulier. Nouell. c. 134. § si quis autem.

Si quis adulterij damnatam uel ream duxerit: uide locum De adulterijs.

Ne quis duas uxores habeat, ne'ue una duos maritos. Inst. § adfinitatis. § socrum. C. tt. 5. l. 2. lib. 9. tt. 9. l. 18.

De liberta quæ patrono suo nupta, alij postea inuito patrono nubit. ff. l. 45. tota. l. 46. l. 48. l. 50. l. 51. lib. 24. tt. 2. l. 10. l. 11. tota. C. tt. 5. l. j. Nouell. c. 22. § iucundum quoque.

De alumnis nostris. C. l. 26.

De ea quam quis à sacrosancto suscepit baptismate. C. l. 26. § fin.

De masculis impuberibus, & uirginibus nondum uiri potentibus. Inst. § j. ff. l. 4. C. l. 24.

De filijsfamiliarum. Inst. § j.

De maioribus quinquagenarijs. C. l. 27.

De furiosis. ff. l. 16. § fin. lib. j. tt. 6. l. 8. § nã furiosus.

De absentibus. ff. l. 5. l. 6.

2 *Ex modo & reliquis contingentibus.*

¶ DE CONSENSV.

De coosensu parentum, in quorum sunt potestate ij qui nuptias contrahunt. Inst. in prin. usque ad § ergo non omnes. ff. l. 2. l. 3. l. 9. l. 10. l. 11. l. 16. § nepote. l. 18. l. 19. l. 25. l. 34. in prin. l. 35. lib. j. tt. 5. l. 11. C. l. 2. l. 5. l. 7. l. 12. l. 16. l. 18. l. 20. l. 25. lib. j. tt. 4. l. 22. ff. li. 49. tt. 15. l. 12. § medio tempore. C. lib. 5. tt. 4. l. 16.

De consensu matris. C. l. 20.

De consensu contrahentium nuptias. ff. l. 2. l. 21. l. 22. l. 28. l. 29. & tt. j. l. 7. § fin. l. 12. C. l. 8. l. 12. l. 14. l. 20. tt. j. l. 5. § fin.

De consensu tutoris & curatoris. ff. l. 20. C. l. 8.

De consensu patroni, uide paulo superius uers. de liberta quæ.

De consensu cognatorum & adfinium. C. l. 8. l. 18. § final. l. 20.

De consensu præsidis uel iudicis, si cæteri de eligẽdo marito dissentiant. C. l. j. l. 18. § fin. l. 20.

Nuptias non concubitus, sed consensus facit. ff. lib. 24. tt. j. l. 32. § si mulier. & lib. 35. tt. j. l. 15.

De sola affectione, uide j uers. si instrumenta dotalibus.

Si consuetudinem quis habet cum muliere libera, nuptiæ intelliguntur. ff. l. 24.

Si mulierem liberorum procreandorum causa domi habuerit. C. l. 9.

Si quis aliquam domum ducat, iurauerity; se eam legitimam habiturum uxorẽ. Nouel. c. 74. § quoniam autem. usque ad § fin.

Per literas & per nuncium contrahi possunt. ff. l. 5. l. 6.

Si solennitas matrimonij sit omissa. C. l. 21. l. 22.

Si ad

Si ad mariti domum deducta non sit mulier. ff. l.5.

Si nuptiæ simulantur. ff. l.30.

Si instrumenta tantum sine nuptijs cõscripta sint. C. l.13.

Si instrumenta dotalia uel nuptialia sint omissa. C. l.9. l.13. l.22. l.23. § itaq; cum iustum. uers. dos autem. § sin uerò ante. § imò & illud. tt.17. l.11. in pr. Nouell. c.22. § matrimonium. c.74. § illud quoq; melius. usq; ad § quoniã. c.78. § cæterùm si quis. c.117. § ex quo uerò.

Si pater instrumentis non subscripsit. C. l.2.

Si dos nulla interuenit. C. tt.3. l.20. § quare enim. tt 17. l.11. in prin. Nouel. c.22. § matrimonium itaque. c.74. § in maioribus.

SVBDISTINCTIONES *generales.*

Si per errorem, imperitiam & rusticitatem sint cõtractæ. ff. l.58. C. tt.5. l.4. § exceptis. tt.6. l.1.

Si per longũ tempus in iniusto matrimonio fuerint, & liberos procreauerint. ff. l.58. Nouell. c. 139.

Si rescripto principis confirmentur. C. tt.5. l.9. tt.6. l.7. tt.8. Nouell. c.139. c.154. § sed quia &c.

5 *Euentus & pœnæ iniustarum nuptiarum.*

De liberis inde natis. Iusti non sunt, nec in patris potestate. Inst. § si aduersus ea. ff. l.58. C. tt.5. l.6. ff. lib.1. tt.5 l.11.

De dote & antenuptiali donatione. Nec dos nec antenuptialis donatio intelligitur. Inst. § si aduersus ea. ff. l.52. l.59. l.62. l.64. § fin. C. l.7. tt.5. l.4. tt.6. l.7. Nouell. c 22. § si uerò cum quis.

De legatis alteri ab altero relictis, non debentur. uide Methodum de legatis. lib.1. c.2.

De reliquis pœnis. Inst. § si aduersus ea. uers. qui autem. ff. l.59. l.69. C. tt.5. l.6. Nouell. c.12. in prin. usq; ad § at cum. Nouell. c.154. § post nostram.

Pœna si tutor pupillam suam duxerit, uide 3 cap. eodem.

Si quis habens uxorem, alteram etiam duxerit, uide 3 cap. eod. uers. ne quis duas, &c.

Si incestum quis commiserit, uide locum de adulterijs.

Si mulier intra annum uel quinquẽnium nuptias iterauerit, uide 1 cap. prox. de tempore iterandi nuptias.

DE SECVNDIS. NVPTIIS. C. lib.5. tt.9. Cap.3.

I. *Causæ ex quibus nuptias iterare non licet.*

An si uxor marito defuncto promisit se non iteraturam nuptias, iterare nuptias possit? C. lib.6. tt.40. l.2. l.3. in prin. Nouell. c.22. § enim uerò quẽ. usq; ad § quoniam.

Si filiorum tutelam gerat. Nouell. c.22. § ad hæc si tutelam. usq; ad § placet quoq;.

II. *Tempus iterandi nuptias.*

De anno.

Mulier dissoluto matrimonio, intra annum iterare nuptias non potest: & si mortuo marito intra annum alij nupserit, fit infamis. ff. lib.23. tt. 2. l.6. C. l.1. in prin. l.2. lib.2. tt.1. l.15. lib.6. tt.55. l.4. in princip. Nouell. c. 22. § si uerò etiam rationabiliter. § etsi mulier per culpam. § si igitur ex prioribus. c.117. § quin etsi iusta. uide insuper locum De infamia.

Aliæ pœnæ si mulier intra annum nupserit. C. l 1. l. 2. lib.6. tt.55. l.4. Nouell. c.22. § si igitur ex priorib. usq; ad § quòd si mulier.

Si non nupserit, sed peperit sub finem anni, ut dubium non sit, quin ea proles ex alio uiro concepta sit. Nouell. c. 39. § alterum uerò. usq; ad finem.

De quinquennio.

Intra quinquennium non potest iterare nuptias mulier.

Si iniustè diuerterit. C. tt.17. l.8. § hęc nisi uir. l.9. Nouell. c.22. § si uerò altera harum. § etsi mulier.

Si maritus iustè ei libellum repudij miserit. Nouel. c.117. § illud utiq;.

Si maritus ab hostibus captus sit, incertumq; sit utrum uiuat an mortuus sit. ff. lib.24. tt.2. l. 6. Nouell. c.22. § sed & captiuitas.

1 *De bonis quæ à priore coniuge ueniunt.*

III. *Euentus secundarum nuptiarum.*

Dominium illorum, est liberorum prioris matrimonij, nec parens superstes ea uel alienare, uel obligare potest: sed usumfructum illorum habet usq; ad finem uitę. C. l.3. § nec quidquam. usque ad fin. legis. l 5. § dominium. l.6. § his illud. tt.17. l.8. § si uerò filio. lib.6. tt.40. l.2. tt.60. l.4. Nouel. c.2. § hoc autem quod. c.22. § quod si mulier. usq; ad § commodissimè.

DISTINGVITVR SEQVENTI*bus modis.*

Si non iterauerit nuptias, lucratur bona à coniuge defuncto quæsita. C. l.5. § fin. l.6. § fin. l.8. § illud etiam. § talem uerò. Nouell. c.22 § soluto ergo. usq; ad § ac primæ quidem. c.39. § alterũ. usq; ad finem. c.127. § quia uerò. Tollitur hæc distinctio Nouell. c.98.

Si non morte, sed repudio sit solutum matrimonium. C. l. 9. § final. Nouell. c. 98. § & ex diuerso.

Si extraneus pro cõiuge defuncto dotem uel antenuptialem donationem dederit. C. l.5. in prin. Nouell. c.22. § si uerò sit soboles.

Si res ante nuptias donata in dotem à muliere sit redacta. C. l.5. in prin.

Si defuncto coniugi constante matrimonio res data reddita sit. Nouell. c. 22. § porrò autem dotes.

Si maritus superuixerit, nuptias'que iterauerit. C. l.5. in prin. § in his autem. Nouell. c. 2. § quoniam uerò contra. c.23. § si uerò sit soboles. § eaq; pœna.

Si nulli supersint liberi ex priore matrimonio. C. l. 3. § fi. Nouell. c.22. § si igitur ex prioribus. § quòd si mulier.

Si liberi hæredes non sint scripti, uel adire hæreditatem defuncti parentis nolint. C. l.5. § in his autem. l.6. § fin. l.8. § illud etiam. § talem uerò. Nouell. c.22. § ac ne de illis.

De operibus publicis sibi non usurpandis. C. l.3. l.19.l.20.

De turribus & muris eorum usui, in quorum terris extructi sunt, deputandis. C.l.17.

Si princeps alicui opus publicum concesserit. C. l. 14.

Ne prouinciarum rectores & cæteri discussores sint publicorum operum. C.tt.13.l. j. in princip. § final.

Quatenus, quis, & cui obstrictus sit operum nomine, ad cuius spectet notionem. ff. l. 2. § j. C.l.2.

De pararesijs, hoc est, ędificijs quę operib. publicis cohærent, diruendis. C.l.13.

De basilica. C.l.20.

De statuis & imaginibus.
ff.tt.12.l.12.lib.44.tt.j.l.23.C.l.15.lib.j.tt.24.

De muris & mœnijs ciuitatis.
Inst.lib.2.tt.j.§ sanctæ quoque.ff.lib.j.tt.8. l.j. § j.l.8.§ final.l.9. § muros.l.11.lib.48.tt.13.l.11. C.l 10.l.11.

Quibus sumptibus mœnia reparanda? C.l.10.l.11.l. 27.lib.11.tt.31.l.3.in prin tt.69.l.3.

¶ III. *De ædificijs priuatis.*

C.lib.8.tt.10.

Domum suam cuiq; reficere licet, dummodò non officiat alteri.l.61.ff.de reg.iuris.

Quilibet potest locum proprium muro circumdare.l.10.

De spacio relinquendo inter publicas & priuatas ædes.l.9.

De mœnianis ædificandis, quantum alter ab altero distabit.l.11.

Ne altius tollendo ædes prospectus in mare impediatur. Nouell.c.63.l.165.

De balneo extruendo.l.j.

De ædificijs non destruendis, ne publicus deformetur aspectus.l.2.ff.lib.18.tt.j.l.52.

De domibus dirutis reparandis.l.3.l.8.lib. 11. tt. 29. l.4.

De ornatu ædificij non auferendo, nec transferendo.l.2.l.6.l.7.

De pensione præstãda pro ædibus in solo reipub. ædificatis. C.lib.11.tt.69.l.j.

De diruendis ædificijs quæ in publico loco extructa sunt.tt.12.l.5.l.16.

De pararesijs diruendis.tt.12.l.13.

¶ IIII. *De aquæductu.*

De extruendis aquęductibus, scilicet de arboribus ab utraque parte serendis & excidendis. item de fistulis.l.j.§ fin.l.6.§ super his. l. 10, § hoc etiam præcipimus.

De aquarum ductibus repurgandis.l.j.

De pecunia ad aquæductum reparandum destinata.l.7.l.8.

De fonte publicò qui priuatus factus est, rursus reipub. restituendo.l.9.

De aquarijs, uel aquarum custodibus.l.6.§ fin.l.10. § uniuersos.

De utendo aqua & deriuando eam ex publico aquęductu in suum fundum.l.2.l.3.l.4.l.5.l.6.in pr. l.7.in fine.l.10.l.11.

Est insuper inter res ciuitatis Numisma, de cuius ualore, uide C.lib.11.tt.10.

DE MVNERIBVS ET HONORIBUS. ff.lib.50.tt.4.C.lib.50.tt.40. cum sequentib. Cap.22.

Hactenus personæ, & res ciuitatum: sequuntur nunc ciuitatum actus, qui sunt munera & honores: sed est etiam actus ciuitatis, consultatio de publica utilitate, de qua C.lib.10.tt.63.l.5.

1 *Definitio* Honoris.ff.l.4.in prin.
Muneris.ff.tt.16.l.18.l.194.l.214.

2 *Genus.* Honos munus non est.ff.l.12.

3 *Diuisiones munerum, & species.*

In publica & priuata.
ff.l.14.§ j.

Definitio publici muneris.ff.l.14.§ j.tt.16.l. 239. § munus.

Species publici muneris.ff.l.4.in prin l.18.§ hæc omnia.lib.5.tt.j.l.78.

In patrimonialia, personalia & mixta.
ff.l.j.in prin.l.6.§ sciendum.l.18.in prin.

De patrimonialibus.

Definitio.l.j.§ illud tenendum. l.18. § patrimoniorum.

Diuisio.ff.l.6.§ fin.l.18.§ patrimoniorum.la 2. usq; ad § mixta.

Propria.ff.l.6.§ fin.

Species.ff.l.j.in prin.l.3. § decaprotos. usque ad § præses.l.14.§ uiarum.l. 18. § patrimoniorum. C. tt.41.l.4.l.8.l.10.

De personalibus.

Definitio.ff.l.j.§ illud tenendum.l.18.§ j.

Species.ff.l.j.§ j.§ æqui pers.usq; ad fin. legis.l.18.§ j.usq; ad § patrimoniorum.

De mixtis.

Species.ff.l.18.§ mixta.

4 *De muneribus & honoribus iniungendis, & nominatione facienda.*

1 *Ad cuius curam spectet munerum iniunctio?*
ff.l.3.§ præses.

2 *Quando nominatio facienda?*
Ante tres menses quàm administratio suscipienda est, ut nominatus excusationem, si quam habet, opponere possit. C.lib.j.tt.54.l.j.

3 *Modus iniungendi, & iniungentis officia.*

Vt decurionibus conuocatis nominatio ad certa munera fiat, eaq; statim in noticiam nominati per officialem perferatur, &c. C.tt.31.l.2.

In primis consideranda est persona eius cui defertur honor seu muneris administratio, item origo natalium, facultate quoque an sufficere iniuncto muneri possint. item lex secundum quã muneribus quisque fungi debet.ff.l 14.§ de honoribus.

De inuitum ad munera & honores cogendo. ff.l. 9.tt.5.l.13.§ qui autem.

4 *Quæ munera iniungenda, uel non.*

De operarum præbitione. C.tt.24.l.j.

Vt principis statuam ponat.ff.tt.12.l.6.§ fin.

Vt reipub. actum gerat. C.lib.11.tt.36.

De gleba, folle, septem solidorum functione. & alijs huiusmodi collationibus sublatis. C. lib .12. tt.2.l.2.

5 Quibus

5 *Quibus iniungenda munera, & ex quibus causis?*

Iniungenda sunt munera municipibus, incolis & alijs de quibus sequitur.

1 *De municipibus.*

ff.lib.50.tt.1.C.tt.38.

1 *Etymologia.* ff.l.1.in prin.tt.16.l.18.§ fin.

2 *Definitio.* ff.l.j.in prin.tt.16.l.228.

3 *Qui sint municipes, & ex quibus causis fiant.*

Fiunt natiuitate, manumissione & adoptione. ff. l.1.in prin.C.tt.39.l.7.in prin.

De natiuitate. Si natus quis sit ex parentibus eius municipij, municeps est, & muneribus eius loci tenetur. ff.l.1.§ 1. Distinguitur:

Si pater & mater diuersi sint municipij, cuius originem sequatur. ff.l.1.§ 1.usq; ad fin.legis.l.9.C. tt.38.l.3.

Si mulier habet maritum alterius ciuitatis incolā. ff.l.38.§ item rescrips.

Si ex uico natus sit.d.l.30.

DE MANUMISSIONE libertus, eiusq; liberi intelliguntur eius municipij esse, cuius est patronus. ff.l.6.§ fin.l.7.l.17.§ ex causa.l.22. in prin. § municipes.l.28.§ denique.l.27.in pr.l.37. § libertos.tt.4.l.3.§ liberti.C.tt.38.l.2.

De adoptione. ff.l.15.§ fin.l.16.l.17.§ in adoptiua.

De assūptione originis. ff.l.6.in prin.l.17.§ error.

2 *De incolis & domicilio.*

ff.lib.50.tt.1.C tt.39.

1 *Definitio incolæ.*

ff.tt.16.l.239 § incola.C.l.7.

2 *Vbi quis domicilium habere dicatur.*

Vbi quis uult, domicilium habere potest. ff.l.31.

De eo qui in pluribus locis negociatur, uel se collocat. ff.l.5.l.6.§ uiris.l.27.§ 1.usq; ad § fin.

De senatoribus. ff.l.22.§ penult.C.l.8.

De milite. ff.l.23.§ fin.

De relegato. ff.l.22.§ relegatus.l.27.§ fin.

De reliquis, uide sequentia.

3 *An ex incolatu ad munera teneatur?*

C.l.5.l.6. Distinguitur:

Si incolatui renunciauit, & domicilium transtulit. ff.l.20.l.34.C.l.j.

Si in territorio ciuitatis commoratur. C.l.3.

Si in agro moratur. ff.l.35.tt.16.l.239.§ incola.

Si studiorum causa ibi moretur. C.l.2.

Si filiusfamilias ibi domicilium habeat. ff.l.3.l.4.

Si originem ab urbe Roma habeat. ff.tt.4. l.3. in prin.

Si domum tantum in aliquo loco possideat. ff.l. 17.§ sola domus.C.l.4.

De reliquis, uide præcedentia: ubi quis domiciliū habeat.

4 *Qui incolatus nomine teneantur?*

De liberis incolæ. ff.l.6.§ filius.l.17.§ patris.

De libertis, horūq; liberis, quód teneantur & ibi, ubi patronus habet domicilium. ff.l.6.§ fin.l.22. in prin.l.27.in prin.l.17.§ libertos.

Et ubi ipsi habēt domicilium ff.l.22.§ municipes. l.37.§ libertos.

De mulieribus quæ sequuntur domicilia maritorum suorum. ff.l.21.§ 1.l.37.§ fin.l.38.§ idem rescrips.C.l.9.tt.62.l.1.

De sponsa. ff l.32.

De uidua. ff.l.22.§ 1.

3 *De eo qui possessiones quasdam in aliquo loco habet.*

ff.tt.1.l.17.§ sola ratio § sola domus l.22.§ fin. tt. 4.l.6.§ fin l.18 § patrimoniorum.l.2 1.C.tt.39.l.4. tt.52.l.6.tt.62.

4 *De eo qui fœnus in aliquo loco exercet.*

ff.l.22.§ fin.

DISTINCTIONES GENERALES.

Vide 1 cap prox.itē quo ad honores 8 lib 1.cap 4.

DE EXCVSATIONIBVS ET immunitatibus. ff.tt.4.

Cap. 23.

¶ 1. *Causæ ex quibus excusatio à muneribus competit.*

Duplices sunt, pleniores & exiguiores ff.tt. 5. l. 13. § duo.

De fœminis. ff.l.3.§ corporalia.tt.17.l.2.in prin. C. tt.41.l.9.tt.62.

De minoribus ætate. ff.l.3.§ decaprotos.l.6.§ fin. l.8.tt.5.l.2.in prin.tt.17.l.2.§ fin.

De maioribus 50 annis. ff.l.3.§ quamuis. § cura. l.6.§ fin.tt.5.l.j.§ fin.l.2.§ 1.§ quē ita.l.8. in prin. tt.6.l 3.l.5.in prin.usq; ad § demonstrat.C.tt. 41. l.5.tt.49.l.3.

De infirmis corpore. ff.l.18.§ comelelasia.tt.5.l.2. § quem ita.§ corporis.l.13.in prin.tt.6.l.6.in prin. C.tt.50.

De cæco.C.tt 50.l.j.

De surdo & muto. ff.tt.3.l.7 § j.

De ijs qui numero liberorum se excusant. ff. l. 3. § quamuis.§ cura.l 4.in prin.l.6.§ fin.tt.5.l.1.§ j. § fin.l.2.§ 1.usq; ad § minus.l.8. in prin.l.14.tt. 6. l.5.§ demonstratur.C.tt.31.l.24.tt.41.l.5.tt.51.l.j.l. 2.l.3.l.5.l.6.tt.63.l.j.tt 67.l.j.

De eo qui antea administrauit, & ad tempus uacationem habet: item quem ordo nondum cōtingit. ff.tt.1.l.17.§ præscriptio.l.18.tt.4.l.3.§ præses. l.14.§ fin.l.16.§ fin.tt.5.l.5.l.12.tt.7.l.5.l.7.l.8. in pr. § 1.l.13.C.tt.31.l.52.tt.40.l.2.l.3.tt.42.l.3.l.4.tt.63. l. 3.tt.65.l.j.

De ordine in muneribus & honoribus iniungendis seruando: & de non continuandis honoribus. ff.tt.1.l.17.§ præscriptio.l.18.tt.2.l.7. in prin. tt.4.l.3.§ præses.l.6.in prin.l.11. in prin.§ 1.l.14. § gerendorum l.17 in prin.tt.5.l.j.§ qui in fraudem.tt.7.l.4.§ ordine.l.7.C.tt.40.l.1.tt. 42.l. tt. 65.l.1.

Honores & munera non ordinationib. sed potioribus iniungenda. ff.tt.2.l.7.in prin.

Si alio munere uel honore fungatur: & ne quis eodem tempore ad duos honores uocetur. ff.tt. j.l.17.§ præscriptio.tt.4.l.10.tt.5.l.14.§ fin.tt.10. l. j.§ fin. C.tt.42.l.1.

Ne duo ex eadem familia ad idem munus uocentur.C.tt.40.l.j.tt.60.l.3.

De ijs qui sunt in dignitate. ff.tt.j.l.22.§ senator.usque ad § fin.l.23.in prin.C.tt.47.l.16.tt.63.l.4.C. lib.8.tt.12.l. 6.

De senatoribus.C.lib.12.tt.j.l.4.l.5.l.7.l.14.

De curialibus. ff.tt.j.l.17.§ exigendi.C.tt.70.l.14.

De defensoribus reipub. ff.tt.5.l.10.§ fin.

De magistris & proximis sacrorū scriniorum. C. lib.12.tt.9.l.j.

De omnib.qui in sacris scrinijs militant.C. lib. 12. tt.19.l.4 l.9.

De decurionib. sacri palatij & silentiarijs. C.lib.12. tt.16.l.2.l.3.

De præpositis laborum. C.lib.12.tt.18.l.j.

De palatinis, horumq; liberis. C.lib.12.tt.24.l.j.l.6. l.10.l.13.l.14.tt.29.l.j.l.2.

De cornicularijs præfecturæ. C.lib.12.tt.53.l.j.l.5.

De primiscrinijs & numerarijs pręfecti prętorio. C.lib.12.tt.53 l.5.

De cominbus.ff.tt.5.l.12.§ fin.

De sacerdoribus.ff.tt.5.l.15.in prin.

De apparitoribus magistrorum militum. C.lib.12. tt.55.l.j.

De militibus.ff.l.5. § j.l.4.§ fin.tt.5.l.10. angariarum.tt.j.l.2.§ fin.C.lib.12.tt.36.l.2.

De militibus dimissis.C.tt.54.

De ueteranis.ff.tt.5.l.7.lib.49.tt.18.l.2.l.4.l.5.C.tt. 54.l.3.lib.12.tt.47.l.j.

De liberis ueteranorum.ff.tt.5.l.8. § uocationum.

De eo qui reip causa abest.ff.tt.5.l.4.C.tt.52.l.j.

De procuratoribus absentium reipub.causa. C.tt. 47.l.5.

De legatis.ff.tt.7.l.5.C.tt.63.l.3.l.4.C.tt.47.l.12.§ legatis.

De nauicularijs annonarijs. ff.l.5.tt.6.l.j.in prin.l. 5.§ negociatores.usq; ad § hoc circa uacat. § negociatio. § diuus quoq;.§ fin.

De negociatorib annonarijs.ff.l.5.tt.5.l.9. § fin. tt.6.l.5. § negociatores. § negociatio. C. tt. 47.l.7.

De eo qui naues marinas fabricat, & ad annonã aliquid præbet.ff.tt.5.l.3

De eo qui tutelas administrat.C.tt.47.l.3.

De artificibus.C.tt.64.

De medicis.ff tt.6.l.6.in prin.C.tt.52.l.j.l.5.l.6. l.11.

De quibusdam collegijs & corporibus, ut fabrorum.ff.tt.6.l.5.§ quibusdam.C.lib.j.tt.2.l.9.lib.11. tt.17.l.j.

De ijs qui res Cæsaris procurant.C.tt.47.l.j.

De omnibus quæ ex aula Cæsaris discedunt.C.li. 12.tt.29.l.3.

De protonotarijs, notarijs & referendarijs principis.C.tt.47.l.11.l.12.

De agentibus in rebus, horumq; liberis. C.lib.12. tt.29.l.2.

De tabularijs principis.C.lib.12.tt.5.l.2. tt.29.l.2.

De chartularijs largitionalium titulorum.C.tt.25. l.3. in prin.

De Boethis, logistis, &c.C.tt.69.l.4.

De protectoribus & præpositis.C.tt.47.l.2.

De uenatoribus.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.6.

De prædijs proprijs, & emphyteuticis principis. C.tt.47.l.10.l.15.lib.11.tt 64.l.j.2.5.tt.74.

De rebus fisci.C.lib.11.tt.73.l.3.

De colonis prædiorum fisci.ff.tt.j.l.38.§ j.item Cęsaris.ff.tt.6.l.5.§ coloni.C.lib 11.tt.67.l.j.

De conductore uectigalium fisci.ff.tt.5.l.8.§ j.tt. 6.l.5.§ conductores.C.tt.55.

De eo qui maiorum onerum euitandorum gratia ad colonos prædiorum se transtulit.ff.tt.5.l.j. § qui in fraudem.

De mensoribus frumenti.ff.tt.5.l.10.§ j.tt.6.l.6.in prin.

De professoribus ff.tt.5.l.9.l.10.§ angariorum. C. tt.52.l.2.l.4.l.6.l.7.l.11.

De legum doctorib.C.tt.52.l.6.

De grammaticis & oratorib.C.tt.52.l.2.l.6.l.11.

De philosophis.ff.tt.5.l.8.§ philosophis.C.tt.42.l. 6.tt.52.l.8.l.11.

De poetis.C.tt.52.l.3.

De ludimagistris.ff.l.11.§ fin.tt.5.l.2.§ fin.

De calculatoribus.C.tt.52.l.4.

De Hydraulis.C.tt.47.l.4.

De Athletis.C.tt.53.

De officinis seu tabernis urbis Cõstantinopolitanæ.Nouell.c.43.

De studiosis literarum.C.tt.49.l.j.l.2.

De libertis.C.tt.56.ff.tt.j.l.17.in prin.§ j.

De eo qui ob agendam causam in principali iudicio abest.ff.tt.5.l.8.§ fin.

De infamibus.C.tt.57.

De in metallum dans & restitutis.ff.l.3.§ si in metallum.

De captiuis & postliminiò reuersis. ff. tt. j.l. 17. § postliminiò.

De eo cui muneribus est interdictum.ff.lib.48.tt. 7.l.3.§ fin.

De eo qui pecuniam pro administratione offert. ff.l.16.in prin.§ j.C.tt.47.l.9.

De eo qui ne honoribus fungeretur, opus promisit.ff.tt.12.l.12.§ fin.

De eo qui antea maioribus honoribus functus est, ne ad minores uocetur.C.tt.42.

Incola alterius loci non excusatur à muneribus suæ originis, & cõtrà.ff.tt.j.l.29.tt.4.l.3.in prin. C.tt.38.l.j.l.3.uide insuper § cap.pręcedente.

De pauperibus, & ne quis ultra bona sua oneretur.ff.tt.j.l.15.§ in fraudem.l.21.§ idem respõdit. la 3.tt.4.l.3.§ libertos.l.4.§ j.§ inopis.l.6.in pr. tt.5.l.2.§ fin.l.10.§ auctis.C.tt.42.l.4.tt.51.l.4.l.6. § final.

Si propter inimicitias creatus sit.C.tt.66.l.j.

Si pœnæ nomine curiæ datus sit.C.tt.31.l.38.

Si pater in nominationem filij non consentiat. ff.l.5.§ quod pater, la j.l.14.§ plebeij.

Si pater pro filio munus suscipere paratus sit.ff.li. 5.§ filio.

Si nolit amplius esse originarius.C.tt.38.l.4.

De reliquis.ff.tt.6.l.6.C.tt.47.l.7.l.12.l.14.

DISTINCTIONES EXCVSATIO-
num generales.

Si is cui excusatio competit, promisit se munera suscepturum.ff.tt.j.l.17.§ error.

Si assumat originem.ff.tt.j.l.6.in prin.

Si sponte munera suscepit, nec excusationem opposuit.ff.tt.5.l.13.§ fin.tt.6.l.2.in prin.lib.49.tt.18. l.2.C.tt.43.

Si honorem decurionatus agnouerit. ff. tt. 6. l.5.§ final.

Si nominatus non appellauit, uel appellationem non suo tempore est prosequutus.ff.tt.5.l.j.in prin.usq; ad § qui in fraudem.lib.49.tt.4.l.j.§ si quis tutor.uers.alia.C.tt.41.l.4.lib.7.tt.62.l.4. l.7.l.11.l.27.tt.64.l.8.

Si penuria sit eorum qui magistratum suscipiunt. ff.l.11.§ quoties penuria.l.14.§ fin.

Si antequam priuilegium competijt, nominatus sit.ff.tt.5.l.13.§ fin.tt.6.l.5.§ hoc circa.

Si non à principe concessa sit uacatio C.tt.44.l.j. lib.8.tt.12.l.j.

Si decreto decurionum data sit immunitas. C. tt. 46.l.j.

Si minus audiens sit.ff.tt.5.l.2.§ minus.

Si patrimonij munus sit, excusatio non competit. ff.l.6.§ fin.l.18.§ sed & eos qui.tt.5 l.2. § patrimoniorũ.l.7.l.10.in pr.lib.49.tt.18.l.2.§ fin.C.tt. 41. l.2.l.3.l.3.l.6.l.7.l.9.

Si patrimonia discutienda & æstimanda sunt. C. tt.30.l.3.

Si frumenta conferenda sunt.C.tt.27.l.j.

Si uectigalia soluenda sunt.ff.lib.49.tt.18.l.2.§ fin.

Si tributa soluenda sunt,uide 8 cap 9.lib.eod.

Si portus aquæductus uel muri instaurandi uel extruendi sunt.C.lib.8.tt.12.l.6.

De reliquis muneribus, à quibus excusatio non competit ff.l.12.l.18.§ penult. & ult.tt.5.l.2.§ j.l.6. l.8.in pr.§ qui muneris.l.11.C.tt.42.l.3.l.10. tt. 45. l.j.tt.48.tt.52.l.6.lib. 11.tt.74.l.4.l.5.lib.j.tt. 2.l. 11. lib.12.tt.52.l.21.

2 *Quibus competit excusatio & immunitas.*

De liberis eius qui immunis est.ff.l. 3. § quamuis. C.tt.50 l.4 tt.52.l.6.l.11.§ fin.

Si uacatio liberis,posterisq́ sit concessa.ff.l.13.tt.6. l.j.§ fin.l.4.

De hæredibus.ff.tt.6.l.j.§ j.C.tt.47.l. 13.

De fratre socio.C.tt.40.l.3.

De uxoribus priuilegiatorũ.C.tt.52.l.6.l.11.§ final.

De liberis & libertis nauiculariј.ff.tt.6. l. 5. § immunitati.

De militum cognatis.ff.l.3.§ j.

De eo qui ex eadem domo ad idem uel aliud munus uocari potest.C.tt.40.l.j.

De reliquis, uide 8 causas excusationum.

3 *Apud quem competat?*

ff.tt.j.l.37.in prin.C.tt.45.l.j.

4 *Quomodo competat seu proponenda sit?*

Per appellationem.ff.tt.5.l. j. in prin.C.tt.45.l.j.li. j.tt.45.l.2.

5 *Euentus excusationis propositæ.*

De nihil innouando,nec honoribus gerendis appellatione pendente.ff.l.7.§ fin.

Vt collega interim utriusq; officium sustineat, uel alius creetur.ff.lib.49.tt.j.l.21.§ si magistratus. § in locum.

Si expensis soluẽdis nominato absoluto.ff.lib.49. tt.j.l.21.§ si magistratus.C.tt.31.l 2.tt.67.

De damno quod respub. passa est præstando à nominato,si non rectè appellauit.ff.lib.49.tt.j.l.21. § si magistratus.tt.10.l.j.

EVENTVS INIVNCTI ET

susceptí muneris: item officia

& iura suscipientis.

Cap. 24.

1 DE CAVTIONE REMPVBLICAM

cam saluam fore,à nominato præstanda.

Qui cauere teneantur?

Ne filius pro patre cauere teneatur. ff. tt. 4.l.16.§ inuitus.tt.8.l.4.§ filium.

De curatore calendariј.ff.tt.8.l.10. § item rescrips. à curato.

2 *Cuius sumptibus sustinenda onera?*

De sumptib.ex bonis patris filio nominato præstandis, uide paulo inferius uers. de patre nominati.

De sumptibus liberto à patrono præstandis. ff. tt 4.l.3.§ liberos.

De sumptib.à uitrico nominati prętandis.ff.tt.4. l.3.§ uitricus.

3 *De sumptib. quos quis ob munus fecit, repetendis.* ff.tt.8.l.10.§ item rescrips.si toto.C.tt.65.l.2.lib.11. tt.37.

4 *De actione quæ competit ex mala muneris administratione.*

1 *Causæ ex quibus datur,uel non.*

De dolo, lata culpa & diligentia.ff.tt.8.l.7.

Si calculi error interuenit.ff.tt.8.l.9.

Si nomina tẽpore curationis deteriora facta sunt, uel antè,an curator teneatur.ff.tt.8.l.10. § penultimo.

2 *Aduersus quos datur?*

De patre nominati.ff.tt.j.l.2.in prin.usq; ad § fin. l.17.§ filium.l.21.§ idem respondit.la j.§ penultim.l.38 § item rescrips.la 3.tt.2.l.6.§ pater. l.7. § fin.tt.4.l.3.§ quod pater.§ si duo. cum sequent. l.15. l. 17. § j. tt. 8.l.8.lib.17.tt.j.l.60.§ fin. C.tt.31. l.5.tt.40.l.j.§ fin.tt.60.l.j.l.2.l.4.tt.61.l.j. lib. 4. tt. 13.l.4.

De patre adoptiuo.ff.tt.j.l.21.§ itẽ respondit.la 2.

De patris hæredibus.ff.tt.4.l.15.tt.j.l.21. § idem respondit.C.tt.31.l.j.l. 48.tt.61.tt.68.

De hæredibus nominati.ff tt.j. l. 38. § imperatores.tt.8.l.10.§ j.§ 5.tt.10.l.j.in prin.C.lib.11.tt.35.l. j.l.4

De nominatore.ff.tt.j.l.11.§ quòd si fortè l.13.l.15. § in eum.l.17.§ nominati.§ fin.tt.4.l.14. § plebeij. tt.8.l 2.§ si eo tempore.C.tt.60.l.4.lib.11. tt.33. tt. 55 l.2.l.3.l. 4.

De fideiussoribus.ff.tt.j.l.17.§ fin.l.38.§ imperatores.C.lib.11.tt.34.tt.35.l.2.

De pignoribus quæ dedit fideiussor.ff. tt. 8.l. 4.§ final.

De collega.ff.tt.j.l.11.l.12 l.13.l.21.in pr.tt.8. l. 2. § his reipub.l.3.l.4.in prin.l 10.§ item rescrips.curatorem.C.lib. 4.tt.19.l.3.lib. 11.tt.35.

De successore in munus uel honorem.ff.tt.j.l.36.§ Titius.tt.8.l.4.§ j.§ idem in uectig.C.tt.31.l.23.

De uxore nominati.C.tt.32.l.11.

De fratre socio.C.tt.31.l.7.

De eo qui cum posset hac actione agere, nõ egit. C.lib.11.tt.33.

3 *Quid ueniat in hanc actionem?*

De usuris.ff.tt.j.l.21.§ Paulus.l.24.tt.8.l.10. in prin. § fin.C.lib.11.tt.38.

Curatores si in distrahendis bonis negligenter se gesserint,in simplum:si per fraudem,in duplum tenentur.ff.tt.8.l.10.§ 5.

4 *Euentus.*

De actione condemnato aduersus collegam uel eius hæredes præstanda.ff.tt.j.l.12.tt.8.l.2.§ actio autem.

DE CVRSV PVBLICO.

C.lib.12.tt.51. Cap.25.

1 *Ad cuius curam & officium pertineat munus cursus publici.*

De agentibus in rebus.tt.23.l.2.l. 4.

2 *Quibus exhibitio cursus publici est committenda?*

l.14.l.22.§ fin.

3 *Qui teneantur ad onus cursus publici?*

l.3.in prin.l.19.l.21.l.26.

FINIS LIBRI TERTII ET VLTIMI

Partis primæ de iure publico.

METHODI IVRIS CIVILIS

PARS SECVNDA.

DE IVRE QVOD IN PERSONIS HABEmus, cum suis causis & actionibus.

AD DN. MATTHIAM HELDT EQVITEM AVRATVM, DOCTOREM IVRIS, ac Cæsareæ Maiestatis Consiliarium, NICOLAI VIGELII De praxi iuris ciuilis,

PRAEFATIO.



CVM superioribus,annis, Vir clarissime,agerem Spiræ, D. MELCHIOR SVVARTZENBERGIVS, uir tui amantissimus,multa mihi de tuo singulari erga Iurisprudẽtiæ studiũ amore prædicauit,inter cætera narrans te ad scholam publicam instituendam multa millia florenorum legasse.Gratulor ergo egregię tuæ erga literarum studia uoluntati, lætorq; superesse adhuc uiros in Germania,quib.iuris studia curę sunt,pręsertim hoc tempore quo usus eius uel ob solam litium ferè immortalitatem est corruptissimus. Ego quidem quãtum scribẽdis libris possũ,laboro sedulò;ut & cognitio iuris facilior, & usus eius in forò expeditior fiat:cũq; illud meliore methodo,hoc certiore praxi effici posse putẽ, Methodum iuris ciuilis conscribere decreui, cuius iam secundã & tertiam emitto partẽ:eaq; quæ ad Praxin mihi proficere uidentur,uel in præfationibus soleo adijcere,quo studiosis iurisprudẽtię methodus & praxis iuris simul innotescat.Praxis aũt seu usus Iurisprudentiæ in duobus potissimùm consistere mihi uidetur: in consultatione nimirum,& iudicio.Nam quid apud iudicem proponendũ sit, de eo cõsultatur,iudicatur autẽ de proposito: illud quidem aduocatorũ, hoc uerò iudicũ munus est. De utroq; hic præfationis loco pauca dicã. & primùm de cõsultatione.

Cùm in omni uita,tum in iudicijs præsertim nihil à nobis agendũ,nihilq; propònendũ est,cuius non possimus rationem aliquàm probabilem reddere. Qui ergo alterũ in ius uocat,& quid sibi ab eo dari uel fieri petit,certam eius suæ petitionis,& in iure fundatam rationẽ debet adferre. Vt enim certa res quæ petitur, ita certa quoq; causa ex qua petitur,ab actore in libello designãda est, quo & certa responsio ab aduersario dari,& certa sentẽtia à iudice ferri possit. Causa etiam ista uel tatiò,quam actor adfert,iure debet esse subnixa.Nam res uindicantẽ ab emptore(in quit textus)suos numeratos nummos asseuerantem,erga probationẽ laborare nõ conuenit:cum siquidẽ huiusmodi licet probetur factum,tamen intentioni nullum

præbet

præbet adminiculum. Actor igitur aut tanquam dominus rem sibi restitui petet, aut tãquam hæres, aut tanquam sibi pignori obligatam, ui uel furto ablatã: aut tanquam à se depositam, commodatam, conductam, emptam, &c. Quo autem istiusmodi certam aliquam & in iure fundatam suę petitionis rationẽ posit inuenire, causa pręsens illi probè perspecta, actionumq; genera ei debent esse nota. Nihil enim aliud actiones sunt, quàm iura persequendi iudicio, quod nobis debetur. Sæpè autem euenit, ut eidem plures rationes, plures actiones & iura experiundi competant: quo casu unũ ex omnibus eligendum: aut si posit & expediat, omnia in uno libello cumulanda erunt. Vt autem actor certam suæ petitionis & in iure fundatam rationem proponere debet: ita certam quoq; & in iure fundatam exceptionem reus debet opponere. Quodcunq; autem ius elegerit actor, quamcunq; proposuerit actionẽ, ea uarijs modis à legibus distincta erit, certisq; circumsepta limitibus quos ei qui ista actione utitur, egredi nõ licebit: puta, repetit quis dotem, quam pro muliere dederat, sibiq; eam mortua in matrimonio muliere reddi stipulatus erat. Iustisima est hæc ex stipulatu actio, & repetitionis ratio. Quid enim tam congruum fidei humanę, quàm ea quę inter eos placuerint seruare? Sed quid si inutiliter dotem sibi reddi stipulatus est actor? quid si reddi tantũ, non specialiter sibi reddi stipulatus est? quod si post datam demũ dotem, eam sibi non consentiente muliere reddi pactus est? quid si postea pactum in contrarium de retinenda dote factum est? quid si res dotalis sine culpa mariti perijt? quid si res aliena in dotem data, euicta sit? Certè hisce omnibus, alijsq; similibus casibus ius, quo actor experitur, distinguitur, eiq; denegatur actio. Qui ergo reus conuentus de exceptione actori opponẽda consultat, ius quo actor experitur, & in quo disputatio præsens uersatur, eiusq; distinctiones, totamq; actionis propositæ naturã penitus cognitã, perspectamq; debet habere. Eadem replicationis, duplicationis, triplicationis inquirendæ ratio est. Nam nulla ferè exceptio à reo conuento potest opponi, quæ non etiam perinde ut actio suas habet distinctiones, suosq; limites à legibus positos, quos egredi non licet. Nam fingamus reum conuentum, contra prædictam ex stipulatu de dote actionem excipere hoc modo: Si non postea pactum in cõtrarium de non repetenda dote factũ esset, profectò iusta est hæc exceptio, cum apertisimi iuris sit, pacto posteriore prius tolli. Sed quid si fideiussore paciscẽte, ne à se repetatur, reus conueniatur? quid si altero hæredũ creditoris paciscẽte ne repetat, alter agat? quid si pupillus pactus sit, ne petat? quid si error aut dolus in pacto posteriore interuenit? quid si posteriore pacto sub certa conditione facto, cõditio defecerit, &c. profectò hisce atq; huismodi alijs casib. ius exceptionis oppositæ distinguitur, eiq; per istas species derogatur, daturq; actori aduersus pacti conuenti exceptionem replicatio. Qui ergo exceptionem quærit, ius ex quo agitur: qui replicationem, ius ex quo excipitur: qui duplicationẽ, ius ex quo replicatur, cum omnibus eius distinctionibus scire: & utrum aliqua istarũ distinctionũ causæ suæ insit, attẽdere debet. Quare omnis qui feliciter de causa aliqua consultare, exceptiones & argumenta in causis latentia inuenire uolet, non solum factum, sed & ius probè nosse debet: alioquin non multum ei, quamuis erudito & acuto, proderunt ad inueniendum loci ex quibus argumenta promuntur. Fecit quis testamentum coram tribus saltem testibus, filio suo præterito: quod testamentum postea mutauit. Profectò si is qui ex hoc testamenro conuenitur, nesciat septem testes in testamento requiri, item ut filius uel nominatim exhæredetur, uel ex aliqua parte hęres instituatur, putetq; ut in contractibus, ita in testamentis quoq; pœnitentiæ locum non esse: hic quamuis diligentisimè causæ circumstantias perlustret, personas testium, cõsequentia, & alia quæ causę insunt consideret: tamẽ nec trium saltẽ testium, nec filij præteriti, nec testamenti mutati exeeptionem facilè uidere poterit. quemadmodum nec is cuius bona ui rapta sunt, si ignoret, ui bonorum raptorum nomine actionem in quadruplum à iure dari, in quadruplum experietur. Vt igitur nemo facilè ęgroto, quamuis eius naturã & cõplexionem, morbi etiam genus & causam probè norit, mederi poterit, nisi insuper artis medicę fuerit peritus: ita quoq; non facilè ius agendi, excipiendi, ac defendendę causæ consilium, quamuis causam per omnes circumstantias & qualitates habeat cognitam, poterit inuenire is, qui iuris scientia non est instructus. Quod & in omni alia consultatione

obtinet. Quid enim boni ille de re militari consulet, qui rei militaris scientiam nullam habet? quid de repub. benè instituenda consulere potest is, qui reipub. gerendæ & gubernandæ scientiam sibi nec doctrina nec usu comparauit? In omni itaq; consultatione duo hæc nobis tenenda sunt: nimirum ut & eius artis, ad quam consultatio præsens spectat, habeamus scientiam, & præsentis rei seu causæ statum ac conditionem noscamus. Quas duas res si habuerimus, facile quid utile in re sit, & quomodo effici possit, poterimus uidere. Hæc quidem de consultatione paulo copiosius disserui, nō quidem quòd uel dubia ea uel obscura existimauerim: sed ut eos qui totam uitam in dialecticis & rhetoricis consumunt, commonefecerem, parum sibi locos inuentionis, quos dialectici & rhetores præscribunt, ad inueniendum profuturos, nisi & alias artes atq; scientias addiscant. Quod quidem & ex eo intelligi potest, quod ij qui rerum experientiam habent, sæpè scitius argumenta inueniant, melioraq; dent consilia, quàm ij qui dictos inuentionis locos optimè callent. Isti ergo loci tum demum nobis ad inueniendum prodesse possunt, cum alias etiam artes atq; scientias addidicerimus. Porrò ex prædictis patet, causę aduocatū non solùm linguam uerbis, sed & mentem iuris scientia instructam habere debere, nec causam propositam ignorare. tunc enim si singulas causæ circumstantias diligenter perlustrabit, quasi lumine tenebris admoto, actiones, exceptiones & argumenta in causa latentia illi apparebūt, & quid sibi apud iudicem proponendum sit sciet. Iuris autem scientiam secum in forum deferre debet: neq; ut quæq; res ad eum delata erit, tum deniq; iura ex quibus agendum & excipiendum illi est, addiscere. Planè excepturus cōtra actionē obseruabit, in quo loco ius seu actio, qua actor experitur, descripta sit: ad eum locum si peruenerit, eumq; diligenter perlegerit, ultrò illi exceptiones, replicæ, duplicæ occurrent: nec opus illi erit ad infinitum Commentariorū pelagus confugere, cum uniuscuiusq; actionis natura cum suis distinctionibus & subdistinctionibus à iure in tribus uel quatuor paginis sit descripta. Proderit etiam illi ad faciliorem iuris cognitionem (ni fallor) Methodus iuris ciuilis, quam nunc sum aggressus.

Sed de iudicio, altera practices specie, nunc dicā. Sciendum est igitur, duplex esse iudicium: aliud siquidem stulti hominis iudicium est, aliud uiri sapientis: differtq; hoc ab illo, quemadmodum scientia ab opinione, ratio ab affectu. Nam uir sapiens certa scientia iudicat, stultus autem inani quadam persuasione & opinione incerta: ille ratiocinatur, hic rapitur affectibus ad pronunciandum. Conqueritur apud iudicē Seia: Quamuis ipsa se patri suo quoad uixerit obsequentem & morigeram sedulò prębuerit, omnia quæ patri grata fore putasset egerit, summoq; studio in hoc incubuerit semper, ne ullo modo animum eius offenderet: tamen anno superiori immerentem se ab eo falsa quorundam maledolorum persuasione instimulato, contra omne ius & pietatis officium testamento exhæredatam, fratre suo Titio ex asse hærede instituto. Petere itaq; se, ut iudex dictum patris testamentum tanquam inofficiosum rescindere, & sibi ab intestato succedendi locum facere uelit, ne in totum à paterna substantia excludatur: non sanæ mentis fuisse patrem cum ordinasset testamentum, immerentē se contra ius naturæ & pietatis officium exhæredatam: nihil aliunde quo inopem uitam sustentare queat se habere, si à paterna successione excluderetur: se ex ditissimo patre natam, ad imam detrudi paupertatem: uitam sibi amaram, mortem optatam fore. Implorare sese fidem, iustitiam & misericordiam iudicis, &c. Iudex sapiens ac doctus de hac actione iudicaturus, nec uerbis nec lachrymis mulieris mouetur, nec pauperis miseretur in iudicio, ut & sacra scriptura præcipit: sed ratiocinatur ita,

Pater inofficiosè exhæredauit filiam. Ergo

Testamentum eius tanquam inofficiosum rescindendum.

Ad hanc actionē ut iure subsistentē, audit rei cōuenti responsum. Reus aūt, frater actricis, hæres scriptus, ita respōdet: Ius uetus est, domine iudex, nec nostra ætate abolitū, quo permittitur militib. quocūq; uelint modo testari, adeò ut & liberos suos præterire, & sine causa exhæredare possint, inofficiosi querela in illorū testamētis penitùs cessante. Pater actricis, idēq; pater meus, ab ineunte ætate militiā armatā secutus, superiori anno in expeditione Imperatoris contra regē Galliæ miles ęger corpore factus, sanus tamen mēte, testamentū suum ordinauit: cumq; me amore, sororē meam

odio summo prosequeretur, eam in testamento exhæredauit, me hæredem instituit, hæredē quem uoluit nuncupauit, quam noluit exhæredauit, postea proximo sequēti mense in eadem expeditione mortuus est. Possem iustam exhæredationis causam, quæ etiam in pagano probaretur, si opus esset, allegare: uerùm malo nunc parcere famæ sororis, quàm plura pro causa mea dicere. Sufficiat iudici, quòd & legi satis est, testatorem fuisse militem, &c. iudex de hac exceptione iudicaturus, eam in syllogismū redigit hoc modo:

Contra testamentum militare inofficiosi querela non est admittenda.
Sed hoc testamentum est militare. Ergo,
Contra hoc testamentum querela inofficiosi non est admittenda.

Hanc exceptionem iure subsistere intelligit, quoniam primus articulus, seu maior propositio syllogismi uera est, ex l. 10. C. de inofficioso testamēto. & l. 27 § de inofficioso. ff. eod. tt. Quid igitur aduersus eam replicatura sit actrix attendit. Actrix autem replicando dicit, ius ab aduersario allegatum iam olim in desuetudinem abijsse, consuetudinem illi aduersari: rursus orās, obsecrans, omnes deos hominesq́ implorans, &c. Iudex tamen sapiens nihilo minus mouetur, sed & eam replicationem complectitur syllogismo tali:

Quando consuetudo loci iuri Romano repugnat, ea potius quàm ius Romanum sequenda est.
Sed hoc casu consuetudo loci iuri Romano repugnat. Ergo,
Consuetudo potius hoc casu quàm ius Romanum sequenda.

Et huius syllogismi propositionem maiorē iudex ueram intelligit ex l. 31. ff. de LL. & senatusc. Replicationem igitur tanquā iure subsistentem admittit, & quid contra eam duplicaturus sit reus expectat. Reus autem duplicando negat minorem syllogismi propositionem, affirmat eam actrix. Lis igitur hic oritur de eo, an iuri allegato, nempe quòd contra testamentum militare non admittatur querela inofficiosi, cōsuetudo loci repugnet. Cuius rei probationem actrici tanquam affirmanti iudex imponit. Ita sapiens ac doctus iudex certo modo in iudicando procedit, omnē actionem & exceptionem syllogismo complectitur: utrum ea iure subsistat, hoc est, utrum maior syllogismi propositio uera sit obseruat, in quo cōsistat cōtrouersia attendit: quod lex statuit, non quod sibi uidetur pronunciat, nec distinguit ubi non distinguit lex, ratiocinatur, non mouetur nec flectitur oratione, animum in iudicando tranquillum, nō affectibus perturbatum habet. Itaq; irascatur, obiurget, optet, execretur, ardeat, fulminet sua oratione orator utut uelit, animus sapientis iudicis in sede sua manet: quoniam quid, non quomodo dicatur curat: & res, nō uerba cōsiderat. Nihil igitur apud eum uerbosa proficit eloquentia: paucis enim doceri potest: at nō potest moueri uel plurimis. Vnde Cicero: Hæc in senatu minore apparatu agenda sunt, inquit. sapiens enim est consilium: & Antigonus rex Macedonum cuidam oratori paulo elaboratiore oratione apud se utenti dixit: Non desines, inquiens, mecū ut ut cum turba ageres? Ita uir sapiens ac cōnstans omne id quod magis ad commouendum quàm docendum spectat, tanquam superuacuum in oratione auersatur.

Talis igitur iudex desiderat, ut breuiter & planè sibi exponatur negociū: quod quidem tam facile est (inquit Cicero) ut mihi permirū sæpè uideatur, cum difficilius intelligatur quid patronus uelit dicere, quàm si ipse ille qui patronū adhibet de re sua diceret. Isti enim qui ad nos causas deferunt, ita nos plerunq; ipsi docent, ut non desideres planius dici. Easdem res autem simulac Fusius aut uester æqualis Pomponius agere cœpit, non æquè quid dicant, nisi admodum attendi, intelligo: ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum, nihil ut secundum: tantaq; insolentia & turba uerborum, ut oratio, quæ lumen adhibere rebus debet, ea obscuritatem & tenebras adferat, atq; ut quodammodo ipsi sibi in dicendo obstrepere uideantur. Hæc Ciceronis uerba ostendunt, suam etiam ætatem habuisse oratores nostris procuratoribus non absimiles. Sed ut ad propositum redeā. quale sit sapientis ac docti uiri iudicium, ex prędictis patet. Longè autem ab eo diuersum est iudicium stulti. Nam ille nullam certam in iudicando rationem seruat, non ueritatē, nō legis præscripto, sed errore, odio, amore, aut alia aliqua mentis permotione uel inani persuasione iudicat,

non tam quid, quàm quomodo dicatur obscurat. Proinde non solùm docendus est hic iudex, sed etiam mouendus oratione multa, uaria, copiosa, rerum & uerborũ ornatu splendida. Qui ergo breuiter aut summissè dicunt, parum apud istiusmodi iudicem proficiunt: quoniam docere tantum, non etiam mouere possunt: oratore opus est qui sua oratione ab inferis mortuos resuscitet, muta faciat loquentia, patriam inducat lachrymantem, omnesq; deos hominesq; imploret. Non enim ratione iste iudex ducitur, sed rapitur affectibus. Vnde eloquentiæ usus apud imperitam multitudinem & stultam plebeculam, quæ magis affectis quàm doctis animis iudicat, præcipuus est. & (ut Cicero inquit) omnis oratoris actio opinionibus, non scientia continetur. Nam & apud eos dicimus (inquit) qui nesciunt, & ea dicimus quæ nescimus ipsi. Itaq; & illi aliàs aliud ijsdem de rebus & sentiunt, & iudicant: & nos contrarias sæpè causas dicimus, nõ modò ut Crassus contra me dicat aliquãdo, aut ego cõtra Crassum, cum alterutri necesse sit falsum dicere: sed etiam ut uterq; nostrûm eâdem de re aliàs aliud defendat, cum plus uno uerum esse non posit, &c. Hac igitur ratione superior ætas mota, eloquentię usum è iudicijs repellendum putauit. quòd ea magis ad commouendum & seducendum iudicem, quàm ad docendum uideretur accommoda: & pro ea breuem quandam ac simplicem docendi, disputandiq; rationem esse uoluit. Proinde statutum, ut actor suam actionem per articulos exponeret, reusq; singulariter singulis articulis responderet: suas item exceptiones, si quas haberet, itidem articulatim exponeret, actorq; rursus singulariter singulis responderet. Hinc articulatæ narrationes & responsiones singulariter singulis, quibus adhuc hodie in iudicijs utimur, profluxerunt: quæ sanè disputandi causasq; agendi ratio, ut à rhetorum simul & dialecticorum pręceptis abhorret, ita multa absurda secum inducit. Nam cum uniuscuiusq; causæ unus tantum status sit, de quo principaliter controuertendum erat, ista disputandi ratio plerunque ultra uiginti status seu articuli probatorij (ut uocant) nascuntur. Hinc etiam quo doctiores sunt iudices, eo minus se extricare negocijs queunt: cum alioquin ars facilitatem, non difficultatẽ faciat. Quę res etiam facit ut in una causa, quæ alioqui uel uno mense expedire posset, uiginti, interdũ triginta annis procedatur. Hæc notiora sunt, quàm ut indigeant probatione. Itaq; qui pro eloquentiæ usu morem articulatarum narrationum & responsionum singulariter singulis introduxerunt, uitando Charybdim, in Scyllam inciderunt. Sanè si ij ad quos iudicãdi munus pertinet, certam de causis iudicandi rationem tenerent, nec eloquentia moueri, nec intricatis & perplexis disputationibus in errorem duci possent: facileq; & litium diuturnitatis animaduerterent causam, & remedium ei adhiberent. Hoc enim iudicialis magis esse potestatis, nemo est qui ignoret (inquit Textus) nã si ipsi noluerint, nullus tam audax inuenitur, qui posit inuito iudice litẽ protelare. Maximè itaque oprandum esset, ut ij qui in scholis iura profitentur, iuuentutẽ suam in uera iudicãdi ratione exercerent: ita enim uera illa & certior iudicandi ratio, aliquando in forum essee peruentura. quo futurũ esset, ut sanato capite, reliqua iudicij membra diligentius suũ facerent officiũ, litium diuturnitas cessaret, iusticiaq; simul & concordia in rebuspub. magis uigeret. Tanta ex scholis utilitas prouenire potest, si eę rectè instituãtur. Quare pergas in eo, Vir clarissime, quod proposuisti: solidam atq; perpetuam eo gloriam tibi paraturus.

DE IVRE

DE IVRE INTER MARITVM ET VXOREM: ITEM INTER PARENTES & LIBEROS:

Liber quartus.

DE SPONSALIBVS.

ff.lib.23.tt.1.C.lib.5.tt.1.

Cap. j.

PRIMVM tractabuntur causæ, quibus ius inter maritum & uxorem cõstituitur. Eę autem sunt, sponsalia & nuptiæ.

¶ I. *Definitio sponsaliorum.*

ff.l.j.cum duabus ll sequent.

¶ II. *An ualeant sponsalia?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona eius qui despondetur.*

De ijs qui nuptias contrahere non possunt.ff.l.15. tt.2.l.61.§ quamuis.

De impuberibus.ff.l.9.l.14.

De furiosis.ff.l.8.

De tutore, eiusq; filio & pupillo.ff.l.15.tt.2.l.61.§ quamuis.

De senatore & libertina.ff.l.16.

De ijs qui in potestate publica sunt, horumq; liberis: & ijs qui in ea prouincia, quam administrãt, habitaut, uel ex ea oriundi sunt.C.tt.2.ff.tt.2.l.38. in prin.

De absente.ff.l.4.l.5.l.18.

2 *Ex persona despondentis, & eius per quem despondetur.*

De tutoribus.ff.l.6.

Per alium constitui possunt sponsalia. item per literas, & per nuncium ff.l.18.

3 *Ex modo quo constituuntur sponsalia.*

1 *De consensu.*ff.l.4.l.1.

¶ *An ergo si cum sensus non interueniat, sponsalia non ualeant?*

DISTINGVITVR:

Ex persona dissentientis.

De ijs qui despondentur, & quorum cõsensus in nuptijs desideratur.ff.l.5.l.6.§ fin.l.7.§ fin.l.11.

De filiofamilias.ff.l.11.l.13.

Ex modo dissentiendi.

Si non euidenter dissentiat.ff.l.7.§ fin.

Si non repugnat.ff.l.12.

2 *Si sine testatione & scriptura contrahuntur sponsalia.*ff.l.7.in prin.

4 *Ex consequentibus.*

Si furor alterutrius interuenerit.ff.l.8.

Si renuncietur sponsalibus.ff.l.6.l.10.lib.24.tt.2.l.2.§ in sponsalibus.C.l.j.l.4.

Si nuptiæ ultra annum uel biennium protrahantur.ff.l.17.C.l.2.tt.17.l.2.

¶ III. *Euentus si sponsalia sint dissoluta.*

De arra restituẽda, & duplo plus.ff.tt.2.l.38. in pr. C.l.3.l.5.tota.tt.2.l.j.lib.j.tt 3.l.42.in pr.tt.4.l.16. Nouel.c.123.§ sponsalibus.

De dote uindicanda uel condicenda, nuptijs non secutis. ff. lib.23. tt.j.l.10.tt.2.l.7.tt.3.l.7. § si res in dotem,l.9.in prin.l.17.§ fin. l.41. in prin.l. 43. § quoties autem.l.59.§ eius nomine.l.74.lib.22. tt.j.l.38.in prin.lib.16.tt.3.l.27.C.tt.3.l.15.l.16.tt. 6. l.7.

DE NVPTIIS.

Inst.lib.j. tt.10.ff.lib.23.tt.2.C.lib.5.tt.4. Cap.2.

I. *Definitio nuptiarum.*

Inst.tt.9.§ nuptiæ.ff.l.j.

II. *Vsus.*

Nuptijs nihil est in hominum uita utilius, ut quæ solæ homines procreare & producere possint. Nouell.c.39.§ hæc meritò.

III. *Proprium.*

Semper in coniunctionibus nõ soldm quid liceat cõsiderandum est, sed & quod honestum est.ff. l.42.in prin.lib.50.tt.17.l.157.

IIII. *An sint iustæ nuptiæ?*

DISTINGVITVR:

1 *Ex personis nuptias contrahentium.* Inst.§ ergo non omnes.

¶ 1 DE COGNATIS.

De ijs qui parentum, liberorum'ue locum inter se obtinent.Inst.§ ergo non omnes.ff.l.53.l.69. C. l.17.

De parentibus & liberis adoptiuis. Inst. § & hæc adeò.ff.l.55.

De liberis uulgò quæsitis.ff.l.14.§ unde nec.

De eo de quo dubitatur an parens sit.ff.l.14.§ seruiles.

De ijs personis, quæ ex transuerso gradu cognationis iunguntur.Inst.§ inter eas.ff.l.69. C. l.17.

De fratre & sorore.Inst.§ inter eas.C.l.17.

De sorore uulgò quæsita.ff.l.54.

De fratre & sorore per adoptionem. Inst. § sed si qua per.usq; ad § fratris.ff.l.17.in prin.

Refectionis gratia ad ea loca accedere potest quę non seruiunt. ff. tt. 4. l. 11. § fin.

Licet ei fistulam in riuo ponere, & quod uelit in riuo facere. ff. l. 15. lib. 43. tt. 19. l. 3. § is qui.

An possit supra uiam arcum uel specum facere? ff. lib. 39. tt. 3. l. 21. in prin.

An alijs aquæductum commodare possit? ff. l. 24. l. 33. § fin.

Dominus soli nec secundum, nec supra riuum locum religiosum facere potest. ff. tt. 4. l. 11. § 1.

VIII. *De interdicto.*

De aqua quotidiana. ff. lib. 43. tt. 19.

1 *Genus. Prohibitorium est, interdum restitutorium.*

l. 1. § hoc interdictum.

2 *Diuisio aquæ in quotidianam & æstiuam.*

l. 1. § duo autem sunt.

Definitio & differentia aquæ quotidianæ & æstiuæ. l. 1. § quotidiana aut. usque ad § loquitur. l. 6.

3 *Causa ex qua datur.*

Si quid in eo fundo, per quem aqua ducitur fiat, fodiatur, seratur, &c. quo aqua inquinetur. l. 1. § Labeo.

Si quis

Si quis aquam, uti hoc anno duxit, ducere prohibeatur. l. j. in prin. Distinguitur sequentibus modis:

Si non hoc anno duxit. l. j. in prin. § quæsitum est.
Si aqua nemine ducente influxit. l. j. § quæsitum.
Si non iure duxit: item qualitercunque constitutum sit ius aquæ ducendæ, nihil interest l. j. § & qualitercunque.
Si non putauit se suo iure ducere. l. j. § & qualitercunque. § Aristo.
Si ui, clàm uel precariò duxit. l. j. in prin. § idem ait.
Si uno solem die uel nocte anni duxit. l. j. § quod autem scriptum. § item quæsitum. § illud autem.
Si alio die, quàm quo debetur, duxit. l. j. § item quæsitum. l. 2.
Si non ad irrigandum fundum, sed ad aliud commodum ducit. l. j. § illud quæritur. § præterea Labeo. l. 3. in prin.
Si alio modo, quàm quo hoc anno duxit, ducat. l. j. § illud tamen.
Si per aliam regionem ducat. l. j. § illud tamen.
Si in alium locum ducat. l. j. § illud Labeo.
Si aliam uel ampliorem aquam ducat, quàm antea. l. j. § illud tamen.
Si aliam miscuit ei quàm antea duxit. l. j. §. itē quæritur.
Si aquam non quotidianam ducat. l. j. § 1.
Si aquam non perennem ducat l. j. § loquitur.
Si aquam calidam ducat. l. j. § idem Labeo.
Si aquam quæ duci non potest, ducat. l. j. § quanquam.
Si non à capite, sed aliundè ducat. l. j. § hæc interdicta. Declaratur l. j. § caput aquæ.
Si aquam quæ in riuo nascitur, ducat. l. 3. § aqua.
Siue intra urbem, siue extra ducat, nihil refert. l. j. § siue autem.
Si alius noceat. l. 3. § j. § penult.
Si alius, non dominus fundi prohibet ducere. l. j. § comperit. lib. 8 tt. 5. l. 10 § agi.
Si riualis corriualem impediat, uide ĩ. Adfine remedium.
Si prohibitus fundum uendidit. l. j. § si fundum.

4 *Quid ueniat in hac actione?*

De cautione præstanda. l. 7.
Si ius aquæ ducendæ ob prohibitionem amissum sit. l. j. § præterea illud

5 *Adfine remedium.*

Si inter duos corriuales de aquæductu sit contentio. l. j. § si inter. § deinde ait. uers. inter hæredes. § ait prætor. l. 4. § fin. l. 5. in prin.

IX. *De interdicto, de aqua æstiua.*

ff. lib. 43. tt. 19. l. j. § deinde ait. usque ad § ait prætor.

1 *Differentia huius interdicti & superioris.*

§ quod autem dixit.

2 *Causa ex qua datur.*

Si quis aquam uti priore æstate duxit, ducere prohibeatur. § deinde ait.

DECLARATVR:

Quando æstas incipiat & definat. § æstatem.
Declaratio uerbi Priore. § priorem.

DISTINGVITVR:

Si non aquam æstiuam ducat: & si hyeme non æstate duxit. § hoc interdictum. § si quis hyeme.
Si hac æstate, non priore duxit. § quod autem diximus, uers. nam qui hyeme. § quid hac æstate.
Si inter hæredes uel emptores contentio sit: uide paulo superius, uers. si inter duos, &c.

X. *De interdicto si quis ex castello aquam ducere prohibeatur.*

ff. li. 43. tt. 19. l. j. § ait prætor quo usque ad fin. leg.

1 *Ratio huius interdicti, & differentia à superioribus.*

§ hoc interdictum. § fin.

2 *Causa ex qua datur.*

Si quis aquam ex castello ducere prohibeatur. § ait prætor.
Declaratur quid sit castellum. § hoc interdictum. uers. id est.

DISTINGVITVR:

Si ex alio loco publico ducat. § hoc interdictum. uers. castellum.
Si ei non sit permissum ducere. § ait prætor. § fin.
Si non à principe sit permissum. § permittitur.
Si persona, cui permissum est, extincta sit. § permittitur.
Si flumen, ex quo ducere permissum est, mutauit alueum. l. 3. § si aquam.
Si alius noceat. l. 3. § j. lib. 8. tt. 3. l. 17. § fin.

XI. *De interdicto de riuis.*

ff. lib. 43. tt. 20.

1 *Ratio huius interdicti.*

l. j. § j.

2 *Causa ex qua datur.*

Si quis riuos reficere, purgare prohibeatur. l. j. in prin.

Declaratur:

Quid sit riuus. l. j. § ait prætor.
Quid sit reficere. l. j. § deinde ait.
Quid sit purgare. l. j. § purgandi.

DISTINGVITVR sequentibus modis:

Si tegere, substruere, sarcire, ædificare, aduehere adportare prohibeatur. l. j. § uerbo reficiendi. l. 3. § fin.
Si riuus in publico, uel priuato sit constitutus. l. 3. § hoc interdict.
Si specum reficere uel purgare prohibeatur. l. j. in prin. § ait prætor.
Si septa reficere uel purg. prohibeatur. l. j. in prin. § septa.
Si fossam & puteū reficere uel purg. prohibeatur. l. j. § incile.
Si lacum in quem aquam ducit, & ex quo plures ductus deriuantur, reficere prohibeatur. l. 3. § si aqua.
Si cuniculum, per quem uapor trahitur, purgare prohibeatur. l. 3. § Aristo & de.
Si non hoc anno aut priore æstate aquam duxit: uel duxit quidem, sed ui, clàm uel precariò. l. j. in prin. § hoc interdictum.
Si aliter aquam ducat quàm priore æstate duxit. l. j. in prin.
Si per alium locum uelit ducere. l. j. § proinde etsi.

Si eundem riuum uel destruat, uel attollat, aut dilatet, aut extendat, uel operiat apertum, uel contrà. l.j.§ fin.

Si ex operto riuo terrenum faciat. l.2.

Si cum antea per specum duxisset, nunc per apertũ ducat. l.3. in prin.

Si riuum terrenum cementicium facere uelit. l. 3. § j.

Si de terreno riuo signatũ uel lapideum faciat. l.j. § si quis terrenum.

Si riuum fructilem terrenum uelit facere. l.3. § j.

Si nouam canalem uel fistulam in riuo uelit collocare l.3. § si quis nouam.

Si non aquæ ducendæ causa faciat. l.j. in princip. § aquæ.

Si ius aquę ducendæ non habeat. l.i. § hoc interdictum. l.3. § si quis riuum uers. planè per. l. 4.

Si aquam calidam ducat. l.3. § hoc interdictum.

Si in publico & priuato loco ducat aquam. l. 3. § hoc interd.

Si actor de damno infecto nolit cauere. l. 3. § penultim.

Si alius magis idonei riuum reficere uelit. ff. li. 39. tt.2 l.41.

Iisdem insuper & aduersus eosdem hoc interdictũ datur, quibus & aduersus quos datur interdictũ de aqua l.3. § iisdem.

DE AQVAE HAVSTV.
ff. lib 8. tt.3. Cap. 5.

I. *Seruitus est rustici prædij.*

Inst. § inter. ff. l.j § in prædijs.

II. *Non hominis, sed prædij est.*

ff. l.20. § fin.

III. *Causæ seu modi quibus constituitur:*

Distinguuntur sequentibus modis.

Si pluribus per eundem locum concessus sit. & uel iisdem, uel diuersis diebus. ff. l.2. § aquæductus. § final.

Si is cui conceditur, fundum uicinum non habeat. ff. l.5. l.20. § fin.

Si is cui aquæductus debetur, haustum ex eo alijs concesserit. l.33. § fin.

Si accessus tantum ad fontem sit concessus. ff. l.3. § qui habet.

Si non ex capite uel fonte concedatur. ff. l.9.

Si ex flumine publico concesserit. ff. l.3. § fin.

Si locus publicus uel flumen interueniat. ff. tt. j. l. 14. § publico. lib. 39. tt. 3. l.17. § uia.

Si locus sacer uel religiosus interueniat. ff. lib. 39. tt.3. l.17. § sed loco.

Si alterius prædium interuenit. ff. lib 39. tt.3. l. 17. § fin.

IIII. *Euentus & iura aquæhaustus.*

Qui haustum habet, iter quoque ad hauriendũ habet. ff. l.3. § qui habet. tt.2. l.9. § cæterùm usu.

De haustu in rem actio competit. ff. tt. 5. l. 4. § sed & de.

V. *De interdicto de fonte utendo.*

ff. lib. 43. tt. 21. l. j.

1. *Ratio huius interdicti.*

§ hoc interdictum.

2. *Causa ex qua datur.*

Si quis aqua de fonte uti hoc anno us^s est, uti prohibetur. l.j. in prin. § j. Distinguitur sequentibus modis:

Si haurire prohibetur. § hoc autem interdictum.

Si pecus ad aquã appellere prohibeatur. § hoc autem interd.

Si ire ad haustum prohibeatur. § planè si quis.

Si loco qui non habet aquam uiuam, uti prohibetur. § hoc interdictum.

Si lacu, piscina, puteo uti prohibetur. l.j. in pr. uers. de lacu.

Si cisterna uti prohibetur. § hoc interdictum.

Si eodem anno non sit usus, uel usus quidem sit, sed ui, clàm uel precario. l.j. in prin.

Eadem hæc dicenda sunt quod ad personam attinet, quæ in superioribus interdictis dicta sunt. § hoc autem interdictum. uers. & eadem.

VI. *De interdicto de fonte reficiendo & purgando.*

ff. lib. 43. tt. 21. l.j. § deinde ait. usque ad fin. legis.

1. *Ratio huius interdicti.*

§ hoc interdictum.

2 *Causa.*

Si fontem purgare uel reficere prohibeatur. § deinde ait. Distinguitur sequentibus modis:

Si nouas uenas quærere uel aperire uelit. § penultimo.

Si non ut aquã coerceat, reficere uelit. § deinde ait. § purgandus. § coercere.

Si lacum, piscinam, puteum reficere uel purgare prohibeatur. §. fin.

Si aliter fonte utatur, atque hoc anno non ui, non clàm, non precario usus est. § deinde ait. § purgandus.

Omnibus personis dabitur hoc interdictum, quibus datur interdictum de aqua æstiua. § fin.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS & religiosis, cum suis actionib. Cap. 6.

Sextum genus iuris in rebus præter prædicta habemus, quod sanè pro uarietate rerum, in quibus id habemus, uarium est.

DIVISIONES RERVM.

Sunt autem rerum aliæ diuini iuris, aliæ humanæ. ff. lib j. tt. 8 l.j. in prin. Diuini iuris sunt res sacræ, sanctæ & religiosæ. ff. lib. j. tt. 8. l.j. § j. humani iuris res sunt aut publicæ, aut priuatæ. ff. lib. j. tt. 8. l. j. § ex autem res.

Sunt enim quædam naturali iure communia omnium, quædam publica, quædam uniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum. Inst lib. 2. tt. j. § j. ff. lib. j. tt. 8. l. 2. § quorum iura ordine proponentur.

Planè sunt etiam res aliæ corporales, aliæ incorporales. Inst. lib. 2. tt. 2. in prin. ff. lib. j. tt. 8. l. j. § quædã præterea.

¶ *De rebus sacris.*

I. *Causæ quibus sacræ efficiuntur*

& quæ sint res sacræ. Inst. lib. 2. tt. j. § sacræ. ff. lib. j. tt. 8. l. 6. § sacræ. l. 9. in prin. usque ad § propriè. lib. 11. tt. 7. l. 36.

De uotis. ff. lib. 50. tt. 12. l. 2.

II. *Propria harum uera.*

Res sacræ in nullius bonis sunt.Inst.lib.2.tt.1.§ nullius.ff.lib. 1.tt.8.l.1.§ quod autem.l.6.§ sacræ.
Res sacra alienari uel obligari non potest. Inst. li. 2.tt.1.§ sacræ.C.lib.9.tt.19.l.1.
Res sacra non recipit æstimationem.ff.lib.1.tt. 8. l. 9.§ fin.
Per locum sacrum & religiosum seruitus nulli deberi potest.ff.lib.8.tt.1.l.14.§ fin.
Ne quid in loco sacro fiat.ff.lib.43.tt.6.
De cura ędium & locorum sacrorum.ff.lib.43.tt.6. l.1.§ fin.

¶ *De rebus sanctis.*

I. *Sanctum quid sit.*

ff.lib.1.tt.8.l.8.l.9.§ proprie.

II. *Species.*

Leges Inst.lib.2.tt.1.§ sanctæ.ff.lib.1.tt.8.l. 9.§ proprie.
Muri ciuitatum. Inst. lib.2.tt.1.§ sanctæ.ff.lib.1.tt.8. l.8.§ fin.l.9.§ muros.l.11.

III. *Propria iura.*

In nullius bonis sunt.Inst.lib.2.tt.1.§ sanctæ.

¶ *De loco religioso.*

ff.lib.11.tt.7.

I *Causa ex qua locus fit religiosus.*

Si quis mortuum in locum aliquem intulerit.Inst. lib.2.tt.1.§ religiosum.ff.li.1.tt.8.l.6.§ religiosum.
Distinguitur:
Si in locum alienum quis mortuum intulerit.Inst. lib.2.tt.1.§ religiosum.uers.in alienum.ff. lib.1.tt. 8.l.6.§ religiosum.lib.11.tt.7.l.2.§ fin.l.3.l.41.
Si in locum communem quis mortuum intulerit, uel alter sociorum sit illatus.Inst.lib.2.tt.1.§ religiosum.ff.lib.1.tt.8.l.6.§ religiosum.lib. 11. tt. 7. l. 41.l.43.§ eademq;.lib.10.tt.3.l.6.§ si quis in.
Si in locum suum, cuius usufructus alienus est, intulit.Instit.lib.2.tt. 1.§ religiosum. uersic. item si alienus.ff.l.2.§ si usumfructum.l. 3. l. 43. l. 46.in prin.
Si in locum suum,in quo alius seruitutē habet, intulit.ff.l.2.§ locum qui seruit. l.3.
Si usufructuarius in locum, in quo usumfructum habet,mortuum intulit.ff.l.2. § si usumfructum. l.3.
Si creditor, cui locus pignori datus est, in eum intulit ff.l.2.§ fin.
Si hæres in locum legatum mortuum inferat. ff. l. 4.§ fin.l.34.l.46.in prin.
Si hæres uel alius ante aditam hęreditatem in locū hæreditarium mortuum inferat.ff.l.4.
Si seruus sit illatus.ff.l.2.in prin.
Si partem corporis tantum intulit.ff.l.44.
Si intulit, postea aliò translaturus.ff.l.40.
Si pecuniam sepelijt, uel quid aliud quod sepeliri prohibitum est.ff.lib.48.tt.13.l.4.§ non fit.

Quid & quantum fiat religiosum.

Non totus qui sepulturæ destinatus locus est,fit religiosus, sed quatenus corpus humatum est.ff.l. 2.§ Celsus.
Si idem in diuersis locis sepultus sit, qui locus fiat religiosus.ff.l.44.

II. *Causæ ex quibus locus religiosus fiat prophanus.*

Si ab hostibus sit occupatus.ff.l.36.

Si reliquiæ transferantur. ff.l.44.§ fin.

III. *Species & partes.*

De sepulchro.Definitio.ff.l.2.§ sepulchrum.
Sepulchra familiaria & hæreditaria quæ sint.ff.l.5. l.6.In prin.
De cenotaphio.ff.l.42.§ fin.l.6.§ fin.lib.1.tt.8.l.6.§ fin.l.7.
De monumento.Definitio.ff.l.2.§ monumentum. l.42.
Monumentum uędere & donare licet. ff.l.6.§ fin. l.11
De statua monumenti.ff.lib.47.tt.12.l.2.
De munimento sepulchri.Definitio.ff.l.37.§ munimentum.
De uia ad sepulchrum.ff.lib.8.tt.1.l.4.§ seruitus.

IIII. *Iura loci religiosi.*

Seruitus in loco religioso nulli debetur.ff.lib.8. tt. 1.l.14.§ fin.
Ne sepulchrum alterius conuersationis usum accipiat.ff.l.12.§ senatusconsulto.
De uia ad sepulchrum à uicino danda ff.l.10.l.12.in prin.usq; ad § sepulchrum.
De iure ædificandi & reficiēdi sepulchrum ac monumentum.ff.lib.11.tt.8.l.1.§ Prætor ait.usque ad finem legis.l.3.l.5.lib.47.tt.12.l.3.§ diuus Hadrianus.l.7.

¶ *De iure inferendi mortuum & sepeliendi.*

In sepulchro etiam habemus ius inferendi mortuum,& sepeliendi.ff.lib.11.tt.8.l.1.§ f.§ facere.de quo sequitur.

I. *Causæ ex quibus competit hoc ius.*

De longa possessione.ff.lib.11.tt.8.l.4.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si fundum.in quo sepulchrum habet, uendidit. ff. lib.11.tt.7.l.11.lib.47.tt.12.l.5.

II. *Quibus competat ius sepulchri & inferendi mortuum.*

De hæredibus, cæterisq; successoribus. ff. lib. 11. tt.7.l.6.in princip.l.33.lib.47.tt.12.l.3.§ si quis in hæred.
De liberis utriusq; sexus.ff.lib.11.tt. 7. l. 6. § liberis autem.
De libertis.ff.lib.11.tt.7.l.6.§ liberti.
De domino proprietatis & socio loci. ff.lib.10.tt.3. l.6.§ si quis in.lib.11.tt.7.l.43.li.1.tt.8.l.6.§ religiosum.Inst.lib.2.tt.1.§ religiosum.

III. *De interdictis,si quis mortuum inferre prohibeatur.*

1 *Genus.*

Prohibitorium est. ff.lib.11. tt. 8. l. 1.§ hoc interdictum.

2 *Causa.*

Si quis mortuum, quò ei ius est, inferre prohibeatur.ff.lib.11.tt.7.l.8.§ fin.tt.8.l.1.in prin.
Distinguitur.ff.lib.11.tt.7.l.8.§ fin.l.10.l.11.l.43. tt. 8. l. 1. § prohiberi. usque ad § hoc interdictum.l.2. l. 3. § si propius.lib.47.tt. 12. l. 3. § diuus Hadrianus.

3 *Adfinia remedia.*

ff.lib.11.tt.7.l.8.§ fin.l.9.

¶ *De sepulchro uiolato.*

ff.lib.47.tt.12.C.lib.9.tt.19.

1 *Genus & propria huius actionis.*

In factum actio est.ff.l.3.in prin.

Popularis

Popularis actio est.ff.l.3.§ fin.
Famosa est actio.ff.l.j.
In bonum & æquum concepta est.ff.l.10.
Non ad rem familiarem,sed ad ultionē pertinet.ff. l.6.§ fin.l.10.§ fin.

II. *Causæ ex quibus datur.*

Si quis sepulchrum uiolauit.ff.l.3.in prin.C.l.4. In prin. Declaratur.ff.l.3.§ sepulchri.

DISTINGVITVR:

Si sine dolo malo fecit.ff.l.3.§ prima.
Si impuberes uel alij doli non capaces fecerunt.ff. l.3.§ prima.
Si sepulchrum hostium uiolauit.ff.l.4.
Si monumentum reficiat.ff.l.7.
Si iussu iudicis sepulchrum quod fecit, restituat. ff. lib.39.tt.3.l.4.in prin.uers.etsi iussu.
Si eo nomine actum sit.ff.l.6.

RELIQVAS CAVSAS *speciales.*

Si sepulchrum diruit.ff.l.2.in prin.
Si terram euertit, & cespitem euellit.C l.5.
Si saxa uel quid aliud de sepulchro abstulit. C.l.4. l.5.
Si statuam de monumento euellit.ff.l.2.
Si cadauera spoliauit.ff.l.3.§ aduersus eos.
Si statuam alicuius in monumento positam saxis cædit.ff.lib.47.tt.10.l.27.
Si corpora aut reliquias detinuit,uexauit, transtulit,contrectauit,extraxit uel eruit.ff.l.3.§ nō perpetuæ.l.11.lib.11.tt.7.l.38.l.39.C.l.4 § fin.
Si fecit quo minus quis funeretur,sepeliatur'ue.ff. l.8.lib.11.tt.7.l.38.C.l.6.
Si res religioni destinatas contigerit, distraxerit, uel emerit.C.l.j.
Si in sepulchrum ius inferendi non habens, inferat.ff.l.3.§ si quis in hæred.
Si quis in ciuitate sepulchrum fecerit.ff.l.3. § diuus Hadrian.
Si quis in sepulchro dolo malo habitauerit,uel ædificium in eo habuerit.ff.l.3. § si quis in sepulchro.la 2.§ si seruus.

III. *Quibus datur hæc actio?*

De eo ad quem ea res pertinet.& alio.ff.l.3. In pr. § si quis in sepulchro. la 2.§ si is cuius interest. l.6.
De hærede necessario,qui bonis se non immiscuit. ff.l.10.
De pluribus agere uolentibus.ff.l.3.§ si plures.§ si ad plur.

IIII. *Quid ueniat in eas?*

Actio etiam pecuniaria datur.ff.l.9.
Si is agit ad quem ea res pertinet, quantum iudici uidebitur, & id quod interest uenit: sin alius agit,centum aureorum actio datur.ff.l.3. in prin. § qui de sepulchri.C.l.4.
Viginti librarum auri pœna.C.l.3.
Si seruus sepulchrum uiolauit.ff.l.3. § seruus. C. l.2.
Distinguitur insuper ex genere delicti, de quo uide paulo superius causas ex quibus datur.

V. *Euentus huius iudicij.*

Infamat.ff.l.j.
Hæres necessarius,qui se bonis non immiscuit, si egit hac actione, hæreditarijs creditoribus non tenetur.ff.l.10.
Pœna iudicis non uindicantis hoc crimen.C.l.3.

VI. *Adfinia remedia.*

De l.Iulia de ui publica.ff.l.8.
De pœna sacrilegij.C.l.5.
De actione pecuniaria ff.l.j.
De l.Aquilia,& interdicto quod ui aut clam.ff.l.2.
Iniuriarum actio.ff.lib.47.tt.10.l.27.
Datur insuper alia atq; alia actio pro genere delicti:de quo uide § causas ex quibus datur.

DE REBVS ET LOCIS publicis, cum suis actionibus. Cap 7.

I. *Quæ sint omnium communia,quæ uniuersitatis: & quæ sint publica.*

Inst.lib.2.tt.j.§ & quidem naturali usq; ad § nullius.ff.lib.j.tt.8.l.2.l.3.l.4.l.5.l.6.in prin. usq; ad § sacræ.l.10.lib.43.tt.11.l.j.§ simili.l.3.

II. *In nullius bonis esse creduntur.*

ff lib.j.tt.8.l.j.§ quæ publicæ.

¶ *De littore maris.*

I. *Definitio.*

Inst.lib.2.tt.j.§ flumina.uers.est autem littus.ff.li. 50.tt.16.l.96.in prin.l.112.

II. *Iura eius. Publicum est.*

ff.lib.43.tt.8.l.3.lib.41.tt.j.l 65.§ & littora.
Proprietas eius nullius est.Inst.lib.2.tt. j. § littorū. uers.proprietas.
Nemo ad littus maris accedere prohibetur. Inst.li. 2.tt.j.§ & quidem naturali.ff.lib.j.tt.8.l.4.
Cuilibet liberum est in littore maris ædificare, uel casam ponere,in quam se recipiat: item retia siccare,&c.Inst.lib.2.tt.j.§ littorum. ff.lib.j.tt.8.l.5. § fin.l.6.in prin.lib.43.tt.8.l.4.
Lapilli & gemmæ, cæteraq; quæ in littore maris inueniuntur,inuenientis fiunt.ff.lib.j.tt.8.l.3. uide supra lib.7.cap.j.uers.de ijs quę inueniuntur, &c.

¶ *De ripis fluminum.*

I. *Definitio ripæ.*

ff.lib.43.tt.11.l.j.§ ripa autem.l.3.

II. *Iura earum.*

Proprietas illorum est,quorum prædijs ripæ adhærent: & ideo arbores quoq; ibi natæ eorundē sunt.Inst.li.2.tt.j.§ riparum. uers. sed proprietas. ff.lib.j.tt.8.l.5.in prin.uers.sed proprietas. lib.41. tt.j.l.30.§ j.
Naues ad eas cuilibet applicare licet,funes arboribus ibi natis religare,onus aliquod in hisce ponere,&c.Inst.lib.2.tt.j.§ riparum.ff.lib.j.tt.8.l. 5. in prin.lib.43.tt.13.l.j.in prin.
De ripa munienda.ff.lib.43.tt.14.l.j.tt.12.l.j. § sunt autem.
Ne quid in ripa fiat,quo iter nauigij deterius fiat, uel quo aqua aliter fluat quàm priore æstate fluxit,uide ĩ membr.4.cap.eod.

¶ *De fluminibus.*

I. *Differentia fluminis & riui.*

ff.lib.43.tt.11.l.j.§ j.
Differentia à lacu,stagno & fossa.ff.lib.43.tt.13. l. j. § lacus.

II. Diuisio

I. Diuisio.

In flumen perrenne, & torrens. ff. lib. 43. tt. 11. l. j. § item fluminum.

In publicum & priuatum. ff. lib. 43. tt. 11. l. j. § flumlnum.

III. Iura fluminum.

Fluminum publicorum communis est usus. In his igitur publicè licet cuilibet ædificare & destinare, dum tamen hoc fine incommodo cuiusquam fiat. ff. lib. 39. tt. 2. l. 24. in prin.

De iure nauigandi in flumine, lacu, fossa, stagno publico, Inst. lib. 2. tt. j. § riparum. uers. sicut per. ff. lib. j. tt 8. l. 5. in prin. uers. sicuti per ipsum. lib. 43. tt. 13. l. j. lib. 50. tt. 16. l. 112. § fin.

De iure pecoris ad flumen, ripam'ue appellendi. ff. lib. 43. tt. 13. l. j. § fin.

De iure piscandi. Inst. lib. 2. tt. j. § flumina. ff. lib. 47. tt. 10. l. 13. § si quis me. l. 14. lib. 43. tt. 8. l. 2. § si quis in. lib. 44. tt. 3. l. 7.

De aqua ex flumine publico ducenda. ff. lib. 8. tt. 3. l. 17. lib. 39. tt. 3. l. 10. § fin. li. 43. tt 11. l. 2. tt. 19. l. j. § per mittitur. l. 3. § j. de interdicto si quis aquam ex castello ducere prohibeatur. Vide 8 cap. 4. membr. 10. lib. eod.

IIII. De interdicto, Ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo peius nauigetur.

ff. lib. 43. tt. 12.

1 Causa ex qua datur hoc interdictum.

Si quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, immittatur'ue, quo statio, iter'ue nauigij deterius sit, fiat. l. j. in prin.

Declaratur quid sit publicum flumen, quid ripa, statio, &c. l. j. § flumen. § publicum. § ripa autem. § stationem. § ait prætor. § deterior. l. 3.

DISTINGVITVR:

Ex loco in quo fit.

Si in priuato flumine fiat l. j. § hoc interdictum. § item si amnis.

Si in mari uel littore maris fiat. l. j. § si in mari.

Si in flumine non nauigabili fiat. l. j. § non autem. § si in mari.

Si in insula, in flumine nata fiat. l. j. § si insula.

Si cum flumē aliō currere cœperit, in ueteri uel no uo alueo factum sit. l. j. § simili modo.

Si in fossa manufacta per quam flumen fluit. l. j. § si fossa.

Si in loco quem flumen inundauit. l. j. § si fossa.

Si in loco, quem amnis circumit. l. j. § item si amnis.

Si extra aquam factum sit. l. j. § in publico.

Ex reliquis contingentibus.

Si aqua deriuetur, dilatetur, angustetur, &c. l. j. § deterior.

Si ex flumine publico aquam ducat, uide paulo 8 uers. de aqua ex.

Si pontem faciat. l. 4.

Si pedestre iter impediatur. l. j. § si pedestre.

Si statio uel nauigatio non fiat deterior. l. j. § non autem.

Si ripæ tuendæ causa factum sit. l. j. § Labeo scribit.

Si ita fieri lege licuit. l. j. § Labeo.

2 Adfine remedium, interdictum restitutorium.

Si quid in flumine publico, ripa'ue eius factū uel immissum habet, ut restituat. l. j. § deinde ait. usq; ad fin. legis.

V. De interdicto, Ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo aqua aliter fluat quàm priore æstate fluxit.

ff. lib. 43. tt. 13. l. j.

1 Ratio huius interdicti.

§ j. § is autem. uers. & idcirco.

2 Causa ex qua datur.

Si quis in flumine publico, ripa'ue eius quid faciat uel immittat, quo aqua aliter fluat, quàm priore æstate fluxit. l. j. in prin.

Declaratur. § quod autem ait. § is autem. usq; ad § hoc interdictum.

DISTINGVITVR:

Si flumen priuatum, uel non nauigabile sit, § pertinet autem.

Si aqua non aliter fluat. § ait prætor.

Si ex riuo tecto per apertum ducere uelit, uel con tra. § si quis ex.

Si incile ducat, uel alio loco faciat, uel si alueum flu minis mutet. § simili modo.

Si ripæ muniendæ causa fecit. § sunt qui putant.

Si alia aliqua utilitas facientis uertatur. § sunt qui putant. uers. sed etsi aliqua.

Si iam factum sit. § hoc interdictum. l. 4.

3 Quibus datur.

Cuiuis ex populo datur. § hoc interdictum.

4 Aduersus quos datur.

De eo qui fecit, & alio. § is autem. § hoc interdictum. l. 2.

De hæredibus. § hoc interdictum. l. 3.

5 Adfine remedium.

Interdictum restitutorium si factum sit. § deinde ait prætor. usq; ad fin. legis.

¶ De locis & itineribus publicis.

I. Definitio loci publici.

ff. lib. 43. tt. 8. l. 2. § publici.

Definitio uiæ publicæ, & differentia à uia priuata. ff. lib. 43. tt. 8. l. 2. § uiam publicam. § publicas uias.

II. Species.

Viæ uicinales. ff. lib. 43 tt. 7. l. 3. tt. 8. l. 2. § uicinales.

III. Iura loci & itineris publici.

De loco publico fruendo. ff. lib. 43. tt. 9. l. j.

Si quis in mari piscari uel nauigare, in campo publico ludere, in publico balneo lauare, &c. prohibeatur. ff. lib. 43. tt. 8. l. 2. § si quis in mari. li. 47. tt. 10. l. 13. § si quis me. l. 14.

De statuis & imaginibus in publico ponendis. ff. lib. 43. tt. 9. l. 2.

De cloaca publica ne quid in eā fiat, immittatur'ue. ff. lib. 43. tt. 23. l. j. § penult. & ultim.

Via publica nemo rectè uti prohibetur. ff. lib. 43. tt. 8. l. 2. § fin. C. lib. 3. tt. 34. l. 11. § fin.

De aqua per uiam publicam ducenda. ff. lib. 8. tt. j. l. 14. § publico. lib. 39. tt. 3. l. 18. § fin.

De uia publicâ aperienda, reficienda, & purganda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 1. l. 4. § construat. lib. 39. tt. 2. l. 31. in prin. l. 41.

De nihil in uiam publicam proiiciendo, nec pouēdo. ff. lib. 43. tt. 10. l. 1. l. 4. § studeant.

Ne quid in eum locum quo uulgò iter fit, deijciatur, uel effundatur: nec id supra eum locum ponatur, cuius casus alicui nocere possit. ff. lib. 9. tt. 3.

De uia publica non exaranda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 3. § final.

De uia publica in agrum uicini nō reiiciēda. ff. lib. 43. tt. 10. l. 3. in prin.

¶ *De interdicto ne quid in loco publico fiat.*

ff. lib. 43. tt. 8.

I. *Ratio huius interdicti.*

l. 2. § j.

II. *Genus.*

Prohibitoriū est interdictū. l. 2. § j. § si quis nemine.

III. *Causa ex qua datur.*

Si quid in loco publico fiat, immittatur'ue, quo alicui damnum datur. l. 2. in prin. lib. 39. tt. 2. l. 15. § si quid uino.

Declaratur quid sit locus publicus. l. 2. § publici. § ad ea igitur.

DISTINGVITVR:

I. *Ex specie facti.*

Si in publico ædificet. l. j.

Si in locum publicum immittat quid. l. 2. in prin.

Si uelū in meniano immissum habeat, quod uicini luminibus officit. l. 2. § cum quidam.

Si in mari piscari, nauigare, uel in campo publicó ludere, &c. prohibeatur quis. l. 2. § si quis in mari.

Si molem in mare proiicit. l. 2. § aduersus.

Si pilas in mare, uel in littus iecerit. l. 3.

Si per locum publicum riuus aquæductus priuato nocet. l. 4.

Si quis in loco publico sterquilinium secundum parietem alicuius fecerit, ex quo paries madescit. ff. lib. 8. tt. 5. l. 17. § fin.

Si id quod in loco publico habet, uelit reficere. l. 2. § si quis id.

2 *Ex loco in quo fit.*

Si in area, insula, agro, uia uel itinere publico. l. 2. § publici.

Si in mari, uel littore maris. l. 3. l. 4.

Si in locis fisci. l. 2. § hoc interdictum.

3 *Ex euentu facti.*

Si nulli noceat. l. 2. § aduersus. § meritò.

Si non in præsenti, sed postea noceat. l. 2. § deinde ait.

Si ad priuati damnū redundet. l. 2. § propter quod. § ad ea igitur. § meritò.

Si alius commodum per hoc amittat, & prospectus uel aditus alicui fiat deterior uel angustior. l. 2. § damnum.

Si officiat luminibus uicini. l. a. § cum quidam. § si quid in pub.

Si odore soli locus pestilentiosus fiat. l. 2. § idem ait, si odore.

Si ea quæ nullo iure fluebant, ædificando fluere impediar. l. 2. § si quid in.

Si ei ædificio, quod etiam in publico ab aliquo ędificatum est, noceat. l. 2. § idem ait.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si à legibus uel magistratu permissum sit. l. 2. in pr. § meritò. § si quis à principe.

Si nemine prohibente in publico ædificauit. l. 2. § si quis nemine. usq; ad § ait prætor. l. 6.

IIII. *Quibus competat.*

Cuilibet agere uolenti. l. 2. § hoc interdictum. tt. 7. l. j.

V. *Per procuratorem exerceri potest.*

l. 5.

VI. *Quid ueniat in ea.*

Ne fiat non ut factum restituatur. l. 2. § si quis nemine. l. 6.

De cautione præstanda. l. 2. § si quis nemine. uers. si tamen adhuc. l. 4.

VII. *Adfinia remedia.*

Actio iniuriarum. l. 2. § si quis in mari.

Actio. l. 12. tabul. l. 4.

Officium eius qui publicis operibus præest. l. 2. § si quis nemine.

De interdicto, ne quid in uia uel itinere publico fiat.

ff. lib. 43. tit. 8. l. 2. § ait prætor. usq; ad fin. legis.

I. *Populare est hoc interdictum.*

l. 2. § hoc interdictum. tt. 7. l. j.

II. *Causa ex qua datur.*

Si in uiā uel itinere publico faciat uel immittat quid, quo ea uia iter'ue deterius fiat. l. 2. § ait prætor.

Deteriorem fieri uiam quid sit. l. 2. § deteriorem.

Distinguitur sequentibus modis:

Si cloacam in uiam publicam immittat. l. 2. § si quis cloacam.

Si fossam in fundo suo fecit, per quam aqua in uiā publicam decurrit. l. 2. § si quis cloacam.

Si quis in suo ita ædificauit, ut aqua in uia collecta restagnet. l. 2. § idem Labeo.

Si specus & pontem per uiam publicam faciat. l. 2. § tractatum.

Si in uia publica monumentum extruat. ff. tt. 7. l. 2.

Si in uijs urbicis fiat. l. 2. § hoc interdictum.

Si in uijs uicinalibus. l. 2. § uiarum. tt. 7. l. 3.

Si non in præsentiarum, sed postea noceat. l. 2. § deinde ait.

Si ea quæ pascuntur, uiam publicam deteriorem faciant. l. 2. § hoc interdictum.

III. *Quid ueniat in hac actione.*

De eo quanti actoris interest. l. 2. § hoc interdictū.

De reliquis. l. 2. § item Nerua.

IIII. *Perpetuum est hoc interdictum.*

l. 2. § hoc interdictum.

V. *Adfinia remedia.*

De officio magistratus uiarum. l. 2. § hoc interdictum.

De interdicto restitutorio, si iam factum sit.

l. 2. § prætor ait. usq; ad § fin.

I. *Differentia huius interdicti & superioris.*

§ prætor ait.

II. *Causa ex qua competit.*

Si quid in uia uel itinere publico factum sit, ut restituatur. § prætor ait.

Si arbor alicuius in uiam publicam cecidit. § si ex fundo.

III. Aduer-

III. *Aduersus quos datur?*

De eo qui fecit, & eo qui factum habet. § hoc interdicto.

Declarat quid sit factum habere. § haberé.

De eo qui dolo malo fecit quo minus possideat, uel habeat. § interdictum.

Si is qui fecit opus, id pro derelicto habeat. § unde Offilius. § si ex fundo.

De eo qui fecit, & eo cui factum utile est. § idem Labeo.

IIII. *Quid ueniat in hoc interdicto.*

Vt factũ restituatur. § prætor ait. Restituere quid sit. § restituas.

De sola patientia præstanda. § restituas.

De eo quod interest. § interdictum hoc.

V. *Perpetuum est.*

§ interdictum hoc.

DE ACTIONIBVS POPVlaribus. ff. lib. 47. tt. 24. Cap. 8.

I. *Actiones populares quæ sint.*

l. j.

II. *Causæ ex quibus dentur,*

Distinguuntur 1

Si antea etiam ex eadem causa actum sit. l. 3. in pr. lib. 12. tt. 2. l. 30. § in popularibus.

III. *Quibus competunt?*

De quolibet. ff. lib. 43. tt. 7. l. j.

De pluribus. l. 2. l. 5. § fin.

De eo cuius interest. l. 3. § fin.

De eo cui per edictum postulare non licet. l. 4.

De muliere & pupillo. l. 6.

De eo cui ex S. C. Trebelliano restituta est hæreditas. l. 7.

IIII. *Per quos competant?*

An actor per procuratorẽ agere, uel reus per procuratorem se defendere possit? l. 5. lib. 3. tt. 3. l. 42. in prin. l. 45. § qui ita.

V. *Aduersus quos competant.*

De hæredibus. l. 8.

VI. *Quandiu competant?*

Annales sunt. l. 8.

VII. *Euentus.*

An is qui has habet actiones, intelligatur locupletior. l. 7. § fin.

DE REBVS PRIVATIS, tam proprijs & communibus, quàm alienis. Cap. 9.

¶ *De rebus proprijs.*

Nemo de domo sua inuitus extrahi debet. ff. li. 50. tt. 17. l. 103.

Quilibet rerum suarũ moderator atque arbiter est. C. lib. 4. tt. 35. l. 21. ff. lib. 37. tt. 12. l. 2. § fin. Distinguitur sequentibus modis.

Si deteriorem uicini condirionẽ faciat. ff. lib. 8. tt. 2. l. 19. § penult. l. 23. tt. 5. l. 8. § Aristo. lib. 50. tt. 17. l. 61.

Si officiat luminibus uicini. ff. lib. 8. tt. 2. l. 8. cũ duab. ll. sequentibus.

Si ædificando excludit uentum ab area uicini. C. lib. 3. tt. 34. l. 14. § cum autem.

Si aperto pariete ianuam in publico aperuit. ff. lib. 8. tt. 2. l. 40. § fin.

Si fumum in suo faciat, & eum in superiora ædificia immittat: item si ex superiore ædificio in inferiora aquam, uel quid aliud immittat. ff. lib. 8. tt. 5. l. 8. § Aristo. § fin.

Si in fundo suo lapidem cædat, ut in fundum uicini fragmenta cadant. ff. lib. 8. tt. 5. l. 8. § Alphenus.

Si secundum parietem uicini, in suo sterquilinium fecerit, ex quo paries madescit. ff. lib. 8. tt. 5. l. 17. § final.

Si fistulæ quibus aquam ducit, ruptæ inundant alterius parietem. ff. lib. 8. tt. 5. l. 13.

Si seruitus uel usufructus, qui alij in re debetur, deterior fiat. ff. lib. 8. tt. 2. l. 13. tt. 5. l. 9. C. lib. 3. tt. 34. l. 5. Quid autẽ iuris domino in re sua, in qua alius usumfructum uel seruitutem habet, cõpetat, uide sub unaquaque specie seruitutis, Euentus & iura seruitutis. item lib. prox. cap. 11. de iure & officijs proprietarij.

Si quid in suo fecit ex quo damno uicino timendum, uide de damno infecto. lib. eod.

Si in suo quid fecit, ex quo aqua pluuia uicino noceat, uide de aqua pluuia arcenda. lib. eod.

Si in subgrunda, uel protecto supra eum locũ quo uulgò iter fit, id positum uel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere possit. ff. lib. 9. tt. 3. l. 5. § prætor ait, usque ad fin. legis.

Si ædificium uicini in meum inclinat. ff. lib. 8. tt. 5. l. 17. in prin. l. 14. § fin.

¶ *De re & pariete communi.*

In re communi nemo dominorum iure seruitutis neque facere quidquam inuito altero potest, neque prohibere quo minus alter faciat, &c. ff. li. 8. tt. 2. l. 25. lib. 10. tt. 3. l. 28.

Si socius in area communi ædificare uelit, an possit? ff. lib. 8. tt. 2. l. 26. § fin. tt. 5. l. 11.

Si ædes uel parietem cõmunem demoliri uel reficere uelit. ff. lib. 10. tt. 3. l. 12. lib. 8. tt. 2. l. 7. lib. 39. tt. 2. l. 35. l. 36. l. 37. l. 41.

Si balneare extruxit, uel tubulos fecit secundũ parietem communem. ff. lib. 8. tt. 2. l. 12. in prin. l. 18. in prin.

Si parietem communem incrustauit. ff. li. 8. tt. 2. l. 12. § final.

Si fistulam iniũctam parieti communi habet, quæ aquam capit. ff. lib. 8. tt. 2. l. 18.

Si cameram ex figulino opere factam iuxta parietem communem habeat: item si scalas ad parietem habeat. ff. lib. 8. tt. 2. l. 18. § fin.

Si aperto pariete communi fenestras immisit. ff. li. 8. tt. 2. l. 39.

Si paries communis in ædes alterius inclinat. ff. li. 8. tt. 5 l. 14. § fin.

Si in locum communem mortuum intulerit, uide cap. 6. membr. de loco religioso. uers. si in locũ communem. item memb. De iure inferendi, &c. uers. de domino proprietatis.

De instrumento communi deponendo. C. lib. 3. tt. 38. l. 5.

De reliquis, uide actionem Pro socio, & Communi diuidundo.

¶ *De re aliena.*

An quis aquam, quæ in alieno loco oritur, ducere possit. C. lib. 3. tt. 34. l. 4. l. 6.

An in alieno fundo quis aucupari uel uenari possit. ff.

sit.ff.lib.8.tt.5.l.16.lib.41.tt.j.l.3. § planè qui. Inst. lib.2.tt.j.§ feræ.uers.planè.

An lapides in alieno fundo cædere possit? ff. lib. 8. tt. 4.l.13.§ fin.

An per alienum agrũ ire agere inuito uicino possit? C.lib.3.tt.34.l.11.

An in pariete alterius fenestram aperire possit? C. lib.3.tt.34.l.8.

An aggeres in alieno agro, ex quo aqua pluuia ei nocet, munire possit? ff.lib.39.tt.3.l.1.§ fin.

An rem suam in alterius locum delatam quis tollere & auferre possit. ff.lib.10.tt.4. l.5 § idẽ Celsus. § sed etsi rana.l.9.§ glans.l.15.lib.11.tt.j.l. 4. § fin. lib.39.tt.2.l.9.§ de ijs autem.

An glandem, quæ ex suo in alienum agrum cadit, legere possit? ff. lib. 43. tt. 27.l.j.lib.9.tt.4.l.9.§ glans.

Si arbor alicuius in ędes alterius impẽdet. ff.lib.43. tt.26.l.j.in prin.usq; ad § deinde ait prætor.

Si arbor alicuius in alterius agrũ impendet. ff. lib. 43.tt.26.l.j.§ deinde ait.usq; ad fin.legis.

Si arbor in alienum fundum uento sit inclinata. ff. lib.43.tt.26.l.2.

Si radices arboris in fundamẽto uicinarũ ædium crescant, & fundamento periculum adferant. C. lib.8.tt.j.l.j.

Locus inferior superiori naturaliter seruit. ff.li.39. tt.3.l.j.§ fin.

In rebus alienis habemus possessionem, usumfructũ, usum, seruitutes, & alia iura quæ ista sequũtur, de quibus uide §.

DE ACTIONE TAM CONFESsoria quàm negatoria. ff.lib.8.tt.5. Cap. 10

¶ Sequũtur nunc actiones generales, quę pro dictis iuribus competunt: & primùm actio cõfessoria & negatoria.

I. *Diuisio huius actionis in confessoriam & negatoriam.*

l.2.in prin.

II. *Genus.*

In rem actiones sunt.l.2.in prin.Inst.lib.4.tt.6.§ æquè si agat.

III. *Simile.*

Ad exemplum earum quæ ad usumfructum pertinent, dantur.l.2.in prin.

IIII. *Vter possessor, uter petitor sit in hisce actionibus.*

l.6.§ sciendum.l.8.§ sed si quæratur.

V. *Causæ ex quibus competunt?*

Si seruitutem quis sibi uindicet, uel alij esse neget. Institut.lib.4.tt.6.§ æquè si agat.ff.l. 4. § competit.

Si quis nobis inuitis aliter quàm ei ius est, faciat, uel facientes nos prohibeat: Distinguitur sequẽtibus modis.

Si quis in suo quid facere, sedere, lauare, &c. prohibeatur. ff.l.8.§ fin.

Si nobis non contradicentibus faciat. ff.tt.2.l.4.

Si tutor uel curator faciat. ff.l.15.

Si socius in re communi faciat uel prohibeatur. ff. l.11.tt.2.l.25.l.26.

Si ex proprijs in communes ædes fiat, uel contrà. ff.tt.2.l.26.

Si factum sit. ff.l.9.§ sed si quidem.

Si eo nomine actum uel iudicatum sit. ff.l.19. li. 39. tt.j.l.19.

Si reus latitet. ff.l.18.

Distinguitur insuper pro unoquoq; genere iuris competentis uel non competentis, de quo uide præcedentia capita.

VI. *Quibus competant?*

Iis quorum prędia sunt, competunt, & non alijs. ff. l.j.l.2.§ hæc autem.l.4.§ competit.

De possessore. ff.l.6.§ j.

De socio, & alio cui quis simul seruitutem stipulatus est. ff.tt.4.l.5.

De hæredibus eius cui seruitus concessa est. ff.tt.3. l.37.lib.45.tt.j.l.2.§ ex quo quidem.

De emptore prædij, eiusq; hæredibus. ff. tt. 3.l.4.l. 36.tt.4.l.12.tt.5.l.20.§ plures.uide insuper § cap.j. membr.7.uers.si prædium, cui deb.seru.pro parte, &c.lib.eod.

De creditore, cui fundus pignori obligatus est: item de eo ad quem fundus uectigalis pertinet. ff. tt. j.l.16.lib.39.tt.j.l.9.lib.43.tt.24. l.j.§ fin.

De fructuario. ff.l.2.§ fin.l.9. § fructuarius. lib. 43. tt.24.l.j.§ item Iulian o.

De uno sociorum. ff.l.4.§ si fundus.tt.3.l.19.

De superficiario. ff.lib.39.tt.j.l.3.§ penult.

VII. *Aduersus quos competant?*

De uno sociorum. ff.l.4.§ sed etsi duorum.

De domino prædij seruientis, & fructuario. ff.tt.j. l.21.§ fin.

De quouis à quo quis impeditur. ff.l.10. § agi autem.lib.43.tt.19.l.j.§ competit uers.nam etsi.

VIII. *Quid ueniat in ea?*

Non ut faciat aliquid, sed ut patiatur, uel ne faciat. ff.tt.j.l.15.§ fin.tt.5.l.6.§ & Gallus.

Vt aut res, hoc est seruitus pręstetur, aut cautio: etsi neutrum horum præstatur, ut tanti condemnetur reus, quanti in litem iuratur. ff.l.7.

De cautione præstanda. ff.l.12.tt.j.l.20.lib.43. tt. 19. l.7.

De reuocãdo opere, ad pristinã formam suis sumptibus, damnoq; sarciendo. C.lib.3.tt. 34. l. 5. l. 8. l 9.

De fructibus. ff.l.4.§ in confessoria.

Si unus ex pluribus agat uel conueniatur. ff.l. 4. § si fundus. tt.j.l.17.

IX. *Euentus*

Si reus latitet, nec rem defendat, petitoris partes sustinebit, &c.ff.lib.19.tt.j.l.15.tt.2.l.45.

Si reus in negatoria actione succubuit, an sumptus factos repetere possit? C.lib.3.tt.34.l.2.

Si is qui seruitutem sibi defendit, obtinuit, non debet el seruitus cedi, &c. ff. l.8.§ sed si quæratur. uers. & si quidem.

Si unus ex pluribus obtinuerit, uel sucubuerit, an profit & obsit alijs. ff.l.4.§ si fundus.l.19.

X. *Adfinia remedia.*

Ad exemplom earum, quæ ad usumfructum pertinent, dantur. ff.l.2.in prin.

Vti possideris. ff. l. 8. § Aristo. uers.sed & interdictum.

Interd.de itinere actuq; priuato. ff.l.2.§ fin. l. 4. § sed de ref.

Interd.de loco publico. ff. l.17.§ fin.

Interd.

Interd. quod ui aut clàm: itē iactus lapilli. ff. l. 6. § sciendum.

Operis noui nunciatio. ff. tt. 2. l. 14. § fio. tt. 5. l. 6. § fin.

Damni infecti, & in factū actio. ff. l. 17. § fin. tt. 2. l. 17. l. 28.

Communi diuidundo. ff. tt. 2. l. 25.

Vsusfructus uindicatio. ff. lib. 7. tt. 6. l. j. in prin. l. 5. § utrum autem.

De dolo actio. ff. l. 9. § fructuarius.

Tutelæ actio. ff. l. 15.

Actio uenditi, & incerti condictio. ff. tt. 2. l. 34. tt. 4. l. 6. § si in uenditione.

Exceptio. ff. l. 16. l. 20. in prin.

Si reus latitet, uel non defendatur. ff. l. 18. lib. 39. tt. 15. tt. 2. l. 45.

DE OPERIS NOVI NVNciatione. ff. lib. 39. tt j.

Cap. 11.

¶ I. *An teneat nunciatio noui operis.*

Distinguitur:

1 *Ex causa ex qua nunciatur, & propter quam.*

Nunciatio fit aut iuris nostri cōseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. Nunciamus aūt, aut quia ius aliquod prohibendi habemus, uel ut damni infecti caueatur nobis: aut si quid cōtra leges, edicta'ue principum quæ ad modum ædificiorum facta sunt, fiet uel in sacro, uel in loco religioso, &c. l. j. § nunciatio fit.

Noui operis nunciatio triplex causa est: aut naturalis, aut publica, aut impositicia, &c. l. 5. § Sextus Pedius.

Si quis in ædes nostras immittat quid, uel in nostro ædificet. l. 5. § sed etsi in ędes. § naturalem. § meminisse.

Si ædificat, aut detrahit aliquid quo pristinam faciem mutat. l. j. § opus nouum.

Si ædificium uetus fulciat. l. j. § si quis ædificium.

Si riuos uel cloacas reficiat uel purget. l. 5. § si quis riuos. § proinde si quis. lib. 43. tt. 20. l. 3. § si quis riuum. tt. 22. l. j. § si quis purganti.

Si messem faciat, arborem succidat, uineam putet. l. j. § hoc autem. la. 2.

Si nō in re soli, sed mobili opus fiat. l. j. § hoc autem. la. 2.

Si intra uel extra oppidum: itē si in publico uel priuato loco fiat. l. j. § siue autem.

Si in prouinciali prædio fiat. l. 3. in prin.

Si in mari uel littore maris fiat. l. j. § quòd si quis in. lib. 41. tt. 1. l. 50.

Si in re communi fiat. l. 3. § si in loco. usq; ad § si ego.

2 *Ex persona nunciantis.*

De eo ad quem res nō pertinet. l. j. § iuris nostri.

De eo qui ius prohibendi nō habet. ff. lib. 43. tt. 24. l. j. § j.

De eo qui nec dominium, nec seruitutem habet. ff. lib. 43. tt. 24. l. j. § ius ie.

De usufructuario loci. l. j. § fin. l. 2. lib. 43. tt. 24. l. j. § item Iuliano.

De eo cui seruit uia, uel domus in qua ædificatur. l. 14. lib. 8. tt. 2. l. 14. § fin.

De superficiario. l. 3. § penult.

De creditore, cui pignori prædium est obligatū. l. 9. lib. 43. tt. 24. l. j. § ei quoq; qui.

De procuratore, si alieno nomine nunciet quis. l. j. § nunciatio.

De quouis, si in publico opus fiat. l. 3. § fin. l. 4.

De uno ex pluribus quorum rei nocetur. l. 5. § si plurium.

De seruo. l. 5. § j.

De pupillo. l. 5. in prin.

3 *Ex persona eius cui nunciatur.*

In rem fit nūnciatio, non in personam. l. 10. l. 23. § quia nunciatio.

Si non domino operis nuncietur. l. 5. § nunciare.

De cuius pręsenti nunciando. l. 5. § nūciare. l. 11.

Si mulieri, puero uel puellæ nuncietur. l. 5. § nunciare. uers. nam etsi.

Si seruo nuncietur. l. 5. § j. § nunciare. uers. nā etsi.

Si furioso & infanti nuncietur. l. 10. l. 11.

Si tutori, curatori & actori nuncietur. l. 7. § fin.

Si uni ex pluribus nunciatū sit. l. 5. § si plurium.

4 *Ex persona eius aduersus quem nunciatur.*

De absente, inuito & ignorante. l. j. § item nūciatio.

De furioso & infante. l. 10. l. 11.

De prætore. l. 5. § si quis ipsi.

5 *Ex loco in quo nunciatur.*

Si non in eo loco, in quo ædificatur, nunciatum sit. l. 5. § nunciationem. § si quis forte. usq; ad § si plurium.

6 *Ex tempore quo nunciatur.*

Omnibus diebus nunciatio fieri potest. l. j. § itē nunciatio.

Si non eo tempore, quo in opere sunt, nunciet. l. 5. § si quis forte. uers. in re enim præsenti.

Si post factum opus nuncietur. l. j. § hoc autem edictum.

7 *Ex modo & officijs nunciantis.*

Si non adeat prętorē nuncians. l. j. § . nunciatio.

Si non præstet iuramentum calumniæ. l. 5. § qui opus.

Si procuratorio nomine nuncians nō caueat de rato. l. 5. qui procuratorio. l. 6. l. 7.

Si non dicat in quo loco opus nouum nunciet. l. 5. § qui nunciat.

Si ignoret nuncians quod opus fiat. l. j. § potest autem.

8 *Ex reliquis contingentibus.*

Si non sit proximus uicinus qui opus facit, sed remotior. l. 8. in prin.

Si non suo, sed alieno nomine nunciet. l. j. § nunciatio.

Si cum in pluribus locis opus fieret, una tantum nunciatio facta sit. l. 5. § si in pluribus.

Si mora operis periculum aliquod sit allatura. l. 5. § præterea. usq; ad § qui opus.

Si locus, in quo nunciatur, uacuus sit, uel ædificatus. l. 20. § siue autem.

Si is qui nunciat, ius prohibendi non habeat. ff. lib. 43. tt. 24. l. 1. § j.

Si iure ædificet is cui nunciatum est. l. j. in prin. l. 20. § interdictum. uers. qui igitur facit. § ait prætor.

Si is cui nunciatum est, uelit agere ius sibi esse ita ædificatum habere l.j.§ sed etsi is cui.

9 *Ex consequentibus nunciationem.*

Si uel is qui nunciauit, uel is cui nunciatum est, decesserit, uel ædes alienauerit.l.8 § fin.l.23.

Si facta nonciatione, is qui nunciauit per annum non egerit, uel lis intra annum cum finiatur. C. lib 8.tt.11.l.j.

Si cum prętor opus nouum nunciari iussisset, postea prohibuit.l.16.

Si nunciatio sit remissa. l.j. in prin. § inde quæritur.l.5.§ si in pluribus. § qui remisioné. l.13. in prin.§ fin.lib.43.tt.24.l.j.

Si de opere demoliendo satisdatum uel repromissum sit ab eo cui nouum opus nunciatum est, & si non stat per eum quo minus satisdet uel repromittat l 5.§ si is cui nunciatum. § qui remisionem. l.8 § si cum possem l.20.§ si quis paratus.l.21.in prin.usq; ad § opus auté.§ quęsitum est.usq; ad fin.legis.lib.43.tt.24.l.j § planè.lib.46.tt.5.l.j.§ stipulano.

II. EVENTVS NVNCIATIONIS.

Is cui nunciatum est, abstinere debet ab opere donec uel caueat, uel remittatur ei nunciatio.l.8.§ sciendum. & si contempta nunciatione ædificauerit, id restituetur: de quo paulo inferius.

Qui opus nouum nũciat, in testationem referre debet, si quid operis iam factum est, ut appareat quid postea factum sit.l.8.§ qui opus.§ sed ut probari.

Post noui operis nũciationem committunt se litigatores iurisdictioni.l.j.§ & post.

Quamdiu controuersia ista agitari debeat.C.lib. 8.tt.11.l.j.

Nunciatione possessorem aduersarium facimus. l.j.§ in operis l.5.§ meminisse uers.cæterum. li. 43.tt.12.l.7.§ an Iulianus.uers.cum possessor.

Si operis noui nũciatio denegatur, nihilominus legitimæ actiones confessoria & negatoria manent l 19.

De actionibus, quæ ex noui operis nunciatione dantur, sequitur.

¶ *De actione, si post nunciationem sit ædificatum.*

1 *Causa ex qua datur.*

Si quis cõtempta nunciatione opus fecerit. l. 20. in prin.§ quidquid. Distinctiones huius iuris, uide 8 membr.1.cap.eod.

2 *Quibus datur?*

De socijs qui non nunciarunt.l.5.§ si plurium.

De domino procuratore nunciante.l.17.

De hærede, cæterisq; successoribus. l.20. § hoc interdictum.

3 *Aduersus quos datur?*

De socijs operis.l.5.§ si plurium.l.18.

De eo qui opus fecit, uel factum ratum habuit.l. 20.§ hoc interdictum.

De eo cui opus nouum nunciatum est, & emptore loci qui ædificauit.l.23.

De hæredib. & cæteris successoribus. l. 20. § hoc interdictum.l.22.

4 *Quid ueniat in ea?*

Vt opus restituat.l.20.in prin.

5 *Quamdiu datur?*

Perpetua est.l.20.§ hoc interdictum.

6 *Quæ actio detur?*

De interdicto & actione in factũ.l.20.in prin. § nonnulli.

De actione quæ datur ex cautione eius cui nunciatum est, de opere demoliendo.

1. *Causa ex qua datur.*

Si iudicatum sit non iure fuisse ædificatum, uel si res non sit defensa.l.21.§ habet autem.§ siue autem. Distinguitur:

Si unum aut alterum tantum cementum sit positum.l.21. § opus.

2 *Quid ueniat in ea.*

Vt res boni uiri arbitratu restituatur.l. 21. § siue autem.lib.46.tt.5.l.2.in prin.

Si res ita restituta non sit, uenit quanti ea res est. l.21.§ quod si ita.§ fin.

Quanti iudicatum est.l.22.

¶ *De actione, si quis eum qui satisdedit, opus facere prohibeat.*

l.20.§ deinde.usq; ad fin. legis.

1 *Ratio huius interdicti.*

§ hoc interdictum.

2 *Genus.*

Prohibitorium est.§ hoc interdictum.

3 *Causa ex qua datur.*

Si quis eum, qui satisdedit, opus facere prohibeat.§ deinde. Distinguitur:

Si cautum non perseueret. § hoc autem interdictum.

Si repromissum tantum sit.§ hoc autem.

Si non iure ædificetur.§ hoc interdictum.

Si satisdatum non sit per nunciatorem autem steterit, quo minus satisdetur.§ deinde. § hoc autem.§ si aliquando.

De reliquis, uide 8 uers.si de opere demoliendo satisdatum, &c.

4 *Quibus datur.*

De hærede & cæteris successoribus.§ fin.

5 *Quamdiu?*

Si Annalis est.§ fin.

6 *Adiuncta.*

Si De cautione iudicatũ solui, & ratam rē haberi à procuratore cõuento danda.l.5.§ fin.l. 6. l. 7.

De exceptionibus procuratorijs non opponendis.l.6.

¶ *De actione quæ datur ex cautione procuratoris de rato.*

An detur, si dominus postea iterum nouum opus nunciauerit.l.13.§ dominus.

III. ADFINIA REMEDIA *noui operis nunciationis.*

Per prętorem. & per manum, hoc est per lapilli iactum inhiberi opus potest.l.3.§ j.uers. planè si.l.5.§ meminisse.

Quod ui aut clàm, uti possidetis, & alia interdicta.l.j.§ hoc auté edictũ.l. 5.§ meminisse. uers. & si fortè.

Vindicatio usufructus, uel seruitutis, & actio negatoria ius ei nõesse.l.j.§ fin.l.2.l.14.l. 15.lib. 41. tt.20.l.3 § si quis riuum.tt.24.l.j.§ item Iuliano. uers.sed si hoc facto.

Communi

Communi diuidundo iudicium.l.3.§ j. usq; ad § si ego super.

QVOD VI AVT CLAM.

ff.lib. 43. tt. 23.

Cap. 12.

I. *Ratio huius interdicti.*

l.j.§ j.

II. *Genus: Restitutorium est.*

l.j.§ j.

III. *Causa ex qua datur.*

Si quid ui aut clàm factum est.l. j. in prin. l. 11.§ hoc interdictum.pro huius causæ declaratione & distinctione,singula uerba proposita ordine excutienda erunt.

1 *De uocabulo Vi.*

Vi factum est,si quis contra quàm prohiberetur, fecit.l.j.§ quid sit ui factum.l.3.in prin. uers. nã prohibitio.l.19.in prin.lib.50.tt.17.l.73. § ui factum.Distinguitur sequentibus modis:

Prohibitus intelligitur quolibet actu prohibentis, uel dicentis se prohibere, uel manum opponentis.&c.l.19.§ prohibitus.

Si iactu uel minimi lapilli prohibitus sit.l.j. § sed etsi quis iactu.l.19.§ prohibitus.

Si testano uel de nunciatio facta sit.l. j. § sed etsi quis contra.l.5.§ si quis cum.

Nihil refert per quem prohibeat.l.3.in prin. l. 17.

Si per procuratorem uel seruum prohibuerit. l.3. in prin.

Si per mercenarium uel aliam liberam personã prohibuit.l.3.§ fin.

Si per inquilinum prohibuit.l.17.

Si filius domini prohibuit.l.13.§ 1.§ idem ait.

Si prohibitus decesserit,uel locum uendidit, isq; qui ab eo emit,uel hęres fecit.l.19.§ item si prohibiti.

Si destitit prohibitus,& postea rursus facere cœpit.l.j.§ item Labeo.

Si prohibitus paratus sit se in iudicio defendere, uel damni infecti nomine cauere.l.3.§ si quis paratus.

Si prohibens.postea facere permiserit.l. j. § item Labeo.l.3.§ sed si permiserit.usq; ad § si quis paratus.l.19.§ tamdiu.

Si operis noui nũciatione facta, ea remissa sit,& postea rursus prohibitus.l.7.§ ait Iulian°. uers. remissione.

Si non omnibus momẽtis uim fecerit.l.3. § illud sciendum.

AN ERGO SI NON PROHIBItus sit,non teneatur quasi non ui fecerit?

Distinguitur:

Si fecit quo minus prohiberetur.l.19. in prin.

Si cum sciret se prohiberi, per uim molitus est, ne prohiberi posset.l.j.§ sed & Aristo.

Si rogauit magistratum, ut aduersarium iudicio adesse iusserit,ne opus nouum nunciaret.l.18.§ non absurdè.

Si cum prohibiturus ueniret, alius sine dolo malo faciendis deterruit uenientum ne ueniret.l. j.§ fin.l.2.

Si prohibiturus imbecillitate impeditus, uel ne offenderet te uel alium,non prohibuit. l. j. § si quis tamen.

2 *De uocabulo Clàm.*

Clàm facit,qui non denunciat aduersário, à quo timet,aut timere debet controuersiam.l.3. § clã facere.usq; ad fin.legis.lib. 50.tt.17.l.73. § ui factum. Distinguitur:

Si non timuit controuersiam.l.3.§ fin.l.4.l.20.§ j.

Si aduersarius nouum opus nunciauit. l. 7. § ait Iulianus.uers.clamq; facere.

Si non sit cui denucietur.l.5.§ & si fortè non sit.

Si non celandi animo fecit:item si fecit maritus aduersariæ.l.5. § sed & Seruius.

Si aduersus filium familiàs fecit.l.13.§ idem ait.

AN ERGO SI DENVNCIAVIT, non teneatur quasi non clàm fecerit.

Distinguitur:

Si perfunctoriè aut obscurè denunciauit. l. 5. § si quis se.

Si eo tempore denũciauit, quo scit se prohiberi non posse.l.5.in prin.§ j.uers.neq; tam arctare.

Si non diem,nec horam,nec locũ uel opus quod facturus est,denunciat.l.§ si quis se.

Si decepit aduersarium.l.5.in prin.

Si amicis,pcuratori,domui uel familię aduersarij denũciauit.l.5.§ & si fortè § idem ait si quis.

Si uiro aduersariæ denunciauit. l.5. § sed & Seruius.

Si ei qui non possidet,denunciauit.l.11.§ Aristo.

Si aliter fecit atq; denunciauit.l.5.in prin.

Si non statim post denunciationẽ fecit.l.fin.§ fin.

3 *De uocabulo Aut.*

Si & ui & clàm fecerit.l.11.§ hoc interdictum.

4 *De uocabulo Factum.*

DISTINGVITVR:

1 *Ex specie facti.*

Si agrum arauerit,uel fossam fecerit.l.11.§ si quis ui.l 9.§ fin.

Si fossam fecerit in publica sylua, in quam bos meus ceciderit.l.7.§ præterea.

Si aceruum stercoris in agrum deiecerit. l. 7. § si quis aceruum.

Si arbores succidat. l. 7. § notauimus. § itaq; si quid.l.18.§ fin.

Si arundinem,salictũ succidat.l.7.§ notauimus.

Si syluam cæduam,maturam uel immaturam cęciderit.l.18.in prin.

Si uineas succidat.l.7.§ notauimus. uers. idem & in uineis.

Si ædificium demolitus sit,non tamẽ usq; ad solum.l.7.§ fin.

Si tegulas sustulit,uel amouit.l.7.§ fin.l.8. l. 9. in prin.

Si ramos de arboribus abstulit.l.9.in prin.

Si quid ædibus affixum euellit.l.9.in prin.

Si aceruum succenderit uel dispe serit. l. 9.§.fin. l.10.

Si proiectum aut stillicidium in sepulchrum miserit.l.11.§ penult.

Si statuam de monumẽto abstulit.l.11.§ siquis de monum.

Si ostium euellat,& effringat.l.11.§ si quis de monum.

Si statuam in municipio ex loco publico sustulit. l.11.§ j.

Si ex uineis radices abstulit.l.11.§ si quis in uineis

Si ultem meam ex fundo meo in fundum suum deprehenderit, eaq; in fundo eius coaluerit. l. 21. in prin.

Si stercus per fundum meum tulerit, aut iter fecerit, aut auem egerit, uenatusúe fuerit. l. 21. § si stercus.

Si in puteum uicini aliquid effuderit, & aquam corruperit. l. 11. in prin.

2 *Ex re in qua & circa quam factum est.*

Si in loco publico, sacro, uel religioso factũ est. l. 19. § fin.

Si in re quæ nullius est, & in hæreditate iacente. l. 13. § quæsitum.

Si in re mobili factum sit l. j. § hoc interdictum. la l. 7. § notauim⁹. § itaq; si quid. l. 9. § fin. l. 10. l. 19. § penult.

Si in naue factum sit. l. 19. § penult.

Si in aqua factum sit. l. 11. in prin.

Si circa fructus. l. 7. § notauimus. § cæterùm qui. § itaq; si quid.

Si circa arbores, tegulas, statuam, &c. uide paulo superius, Ex specie facti.

3 *Ex persona facientis.*

Si proprietarius fecit. l. 13. in prin.

Si socius in re communi fecit l. 13. § si ex socijs.

Si parens, patronus, uel eius liberi fecerunt. ff. li. 37. tt. 15. l. 7.

Si hęres prohibiti, uel is qui ab eo emit, fecit. l. 19. § item si prohibiti.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si aduersus filiumfamiliâs fecit. l. 13. § idem ait.

Si aduersarius prior ui uel clàm fecit. l. 7. § bellissimè. l. 21. § si ad ianuam.

Si culpa fecit. l. 15. § penult.

Si incendij arcendi causa fecit. l. 7. § est autem & alia.

Si aceruum stercoris pinguedinis causa in agrũ deiecit. l. 7. § si quis aceruum.

Si melior agri causa sit facta. l. 7 § si quis aceruũ.

Si dominus damno non sit affectus. l. 18. in prin. l. 21. § si stercus.

Si iure fecit. l. j. §. & parui refert. usq; ad §. hoc interdictum.

Si is qui fecit, paratus sit se in iudicio defendere. l. 3. § si quis para.

Si restituere non possit. l. 15. § penult.

Si aduersarius fundũ uẽdidit. l. 11. § si posteaquã.

Si diruto ædificio postea ortum sit incendium. l. 7. § est & alia. uers. quòd sit nullo.

Si restitutum sit opus, nec in pręsenti extet. l. 11. § quod ait prætor. l. 20. in prin. l. 21. § si ad ianuã.

Si actum sit eo nomine. l. 6. § fin. l. 7. § & planè si mortuo. l. 15. § si in sepulchro. § fin. l. 20. in prin.

IIII. *Quibus datur?*

De domino, & eo qui prohibuit. l. 17. lib. 39. tt. j. l. 17.

De patre & filio prohibente. l. 13. § j. l. 18. § fin.

De domino prædij, & eo cuius interest. l. 11. § fin. l. 13. § si ex socijs. l. 16. in prin.

De colono & fructuario. l. 11. § nec enim multũ. uers. nam & colo. l. 12. l. 13 in prin. l. 16. § si quia ui. l. 18. § fin.

De uenditore & emptore fundi. l. 11. § si posteaquam. usq; ad. § fin.

De hæredibus & cæteris successoribus. l. 13. § quæsitum.

De eo cuius celandi causa factum est, & domino fundi. l. 5. § si quis dum.

Si statua ex loco publico sit sublata. l. 11. § j.

Si cum mihi concesseris uel à te emerim, ut arbores in fundo tuo mihi cædere liceat, alius eas cæciderit. l. 13. § si mihi concesa.

V. *Aduersus quos datur?*

De eo qui fecit, & eo cuius iussu & nomine factũ est. l. 5. § hæc uerba. usq; ad fin. legis. l. 6. l. 11. § si tutores. l. 15. § si in sepulchro.

De domino & procuratore faciente. l. 13. § si colonus.

De domino & colono faciente. l. 13. § si colonus. usq; ad fin. legis.

De locatore & conductore faciente. l. 15. § is cui fundum.

De domino seruo faciente, & seruo ipso. l. 3. § si quid seruus. l. 7. § j. l. 14.

De eo qui fecit, & domino fundi. l. 7. in prin.

De possessore operis. l. 15. In prin. l. 16. § fin.

De pupillo & furioso, tutore uel curatore faciente uel iubente: l. 11. § si tutoris.

De hæredibus, cæterisq; successoribus. l. 15. § hoc interdictum.

VI. *Quid ueniat in hoc interdicto.*

Restitutorium est. l. j. § hoc interdictum.

De eo quod interest. l. 15. § in hoc interdicto. usq; ad. § fin.

De sola patientia præstanda l. 7. in prin. l. 11. si tutoris l. 13. § fin. l. 14. l. 16. § fin.

In hęredes datur in id quod ad eos peruenit. l. 15. § hoc interdictum.

Quatenus dominus serui nomine teneatur. l. 7. § Neratius. usq; ad. § ait Iulianus. l. 14.

Si incendij arcendi gratia fecit. l. 7. § est autem & alia.

Si damnum opere datum sit, uel dominus id sua impensa sustulerit. l. 11. § quod ait prætor. uers. si tamen inquit.

De impensa præstanda. l. 13. § fin. l. 14. l. 16 § fin.

De iure ob opus factum amisso restituẽdo. l. 20. § fin.

De fructibus & omni causa. ff. lib. 22. tt. j. l. 38. § interdicto.

VII. *Quandiu detur?*

Annale est. l. 15. § hoc interdictũ. usq; ad. § in hoc interdicto. l. 21. in prio.

VIII. *Euentus.*

An uenditor id quod hoc interdicto consecutus est, emptori præstare debeat, uel cõtrà emptor uenditori? l. 11. § si posteaquam, usque ad § Aristo.

IX. *Adfinia remedia.*

Interdictum ex operis noui nunciatione. l. 7. § ait Iulianus.

Furti. l. 7. § cæterùm qui. l. 11. § j. uers. municipes.

Legis Aquiliæ actio. l. 13. in prin. lib. 19. tt. 2. l. 28. § culpæ.

Locati, & arborum furtim cæsarum. ff. lib. 19. tt. 2. l. 28. § culpæ.

Sepulchri uiolati. l. 15. § si in sepulchro. l. 21. § penult.

X. Reliqua

X. *Reliqua in opere nouo tam soli quàm cœli mensura facienda est.*

l.10.§ in opere.

DE PRECARIO.

ff lib.43.tt.25.

Cap.13.

I. *Definitio precarij.*

l.j.in prin.l.2.§ fin.Distinguitur ut Causæ huius interdicti.

II. *Exempla.*

l.3.

III. *Quo iure sit introductum precarium.*

Iure gentium.l.j.in prin.uers.quod genus.

IIII. *Simile.*

Commodatum l.j.§ fin.

Donatio.l.14.§ fin.

V. *Differentia.*

A donatione.l.j.§ & distat.

A commodato l.8 § eum quoq;.

VI. *Cui competat precarium?*

De domino, seruo,uel procuratore rogante. l.4. § etenim.l.6.§ j.l.13.

De hærede eius qui præcariò rogauit. l. 12. § fin.

De eo qui adoptauit precariò possidentem. l.16.

VII. *Euentus precarij.*

Is qui rē precariò habet, possidet.l.2.§ fin.l.4.§ j. l.6.§ is qui rogauit.l.15.§ eum qui.

Is quoq; qui precariò concessit, possidet.l.15.§ penult.

Is qui precariò possidet, interdicto Vti possidetis uti potest.l.17.

Is qui fundum precariò rogauit,ut ei in eo morari liceat, & cum suis uti potest.l.21.

VIII. *De interdicto de precario restituendo.*

1 *Ratio huius interdicti.*

l.2.§ hoc interdictum l.14.l.15.in prin.

2 *Genus Restitutorium est.*

l.2.§ hoc interdictum.

3 *Causæ ex quibus datur.*

Si precarium non restituatur.l.2.in prin.

Si is qui precario rogauit seruitute usus non fit, eaq; ideo sit amissa.l.8.§ si seruitute.

DISTINCTIONES GENERALES.

Si pupillus precario rogauerit.l.22.§ fin.

Si seruus precarium concesserit.l. 19. in prin. lib. 44.tt.7.l.15.

Si is qui non possidet,ei qui possidet, precario concesserit.l.18.l.22.in prin.

Si is qui dominum ui de possessione deiecit, precario rogauit.l.6.§ Iulianus.

Si quis rem suam precario rogauerit.l.4.§ item si rem . l.6.§ fin.l.22.§ & econtrà.

Si debitor rem pignori datam precario rogauerit.l.6.§ fin.l.11.lib.44.tt.7.l.15.

Si emptor rem emptam, donec precium soluat, precario rogauerit.l.20.

Si quis rem,quam per interdictū Vti possidetis poterat retinere,precario rogauerit.l.7.

Si habitatio gratuita alicui cōcessa fit.l.15.§ hospites.C.lib.8.tt.9.l.2.

Si ius precario rogatum sit, scilicet ut immissum habeat,uel protectum.l 15.§ precario l.3.

Si uicinus in tuo,uel in suo loco,qui tibi seruitutem debet,maceriam precario duxerit. ff.lib.8. tt.4.l.17.

Si res mobilis precario sit rogata.l.4.in prin.

Si per epistolam uel nuncium precario rogetur uel concedatur.l.9.

Si duobus in solidum eadem res precario concessa sit.l.19.in prin.

Si res precario concessa à domino,ad aliū translata sit.l.8.§ illud tamen.

Si dominus, qui precario cōcessit,quo ad uellet, mortuus sit.ff.lib.19.tt.2.l.4.

Si tempus,ad quod precario rogatum est, finitū sit,& si ulterius rogetur. l. 4. § fin. l. 5. l. 6. in prin.

Quo quis loco precario aut possideat,aut cœperit possidere,nihil refert.l.15.§ fin.

Si non dolo,sed culpa is qui precarium rogauit, circa rem uersatus sit, uel eā possidere desijt. l. 8.§ eum quoq;.§ si seruitute.l.22.§ fin.

4 *Quibus datur?*

De hæredibus & cęteris successoribus.l.8 § quod à Titio. l.12.§ fin.

De eo à quo precario rogatū est, & eo cuius res est.l.8.in prin.

De eo cui dominus rem alienauit. l.8.§ illud tamen.

De domino serui rogati.l.19.§ j.

5 *Aduersus quos datur?*

De hæredibus l.8.§ fin. lib.44.tt.3.l.11.in prin. C. lib.8.tt 9 l.2.

De eo qui precario rogauit,& eo qui precario habet.l.4.§ & tenebitur. l. 8. in prin. uers. & tamen.

De domino & patrę rogantis.l.13.

6 *Quid ueniat in hoc interdictum?*

Restitutorium est interdictum.l.2.§ hoc interdictum.

Vt res in pristinam causam restituatur. l. 8. § ex hoc interdicti.

De ipsa re & rei æstimatione.C.lib.4.tt.65.l.33.

De eo quod interest,si res non restituatur.l.8.§ ex hoc interd.

De fructibus.l.8 § ex hoc interdicto.

De eo quod ex rę natum est.l.10.

De omni causa.l.8.§ si seruitute.

Hæres ex dolo defuncti quatenus ad eum peruenit tenetur.l.8.§ fin.

7 *Quando & quamdiu datur?*

Etiam ante tempus,ad quod res concessa est, repeti potest.l.j.in prin.l.12.in prin.l.15.in prin.

Etiam post annum datur.l.8.§ interdictum.

8 *Adfinia remedia.*

Præscriptis uerbis actio.l.2.§ itaq; cum quid.l.19 § fin.

Commodati.l.j.§ fin.

Mandati & in factum actio.l.8.in prin.

Ex stipulatu actio,uel alia si cautum est de precario restituendo.l.15.§ cùm quis de.

De peculio & in rem uerso.l.13.

DE DAMNO INFECTO.

ff.lib.39. tt. 2.

Cap. 14.

I. *Ratio huius actionis, & differentia à cæteris actionibus, quæ dantur de damno.*

l.6.l.7.§ hoc edictum.

II. *Causæ ex qua datur.*

Si quid sit aut fiat ex quo damnum infectum metuatur.l.7.in prin.l.9.§ integra.

DECLARATVR:

Etymologia damni.l.3.

Quid sit infectum.l.2.

DISTINGVITVR:

1 *Ex causa propter quam, & re à qua damnum timetur.*

Siue ædium uicio, siue operis, quod uel in ædibus uel in loco urbano aut rustico, priuato uel publico fiat.l.19 § fin.

Si à uicio loci, non operis metuatur.l.15.§ notandum.§ si quid uicio.l.24.in prin.§ uicium.

Si quid in flumine publico ripa'ue eius fiat. l.7. § de eo opere.l.15.§ deinde ait prætor.l.24.in pri.

Si quid in uia publica fiat.l.15.§ si quid in uia, usque ad § de cæteris.l.31.in prin.

Si in alio loco publico fiat. l.15.§ de cæteris.l.19.§ fin.

Si publicus locus publicè reficiatur. l. 15. § si publicus.

Si monumento, uel à monumento damnum metuatur.l.13.§ si quis iuxta.

Si quid ex uicio operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ causa fit, damnũ metuatur. l.30.in prin.

Si ex foramine quod est in pariete, proluendi pauimenti gratia, damnum detur.ff.lib.8.tt.2.l. 27. l.28.

Si ex ædibus communibus alteri sociorum damnum metuatur.l.32.

Si à pariete communi damnum alteri metuatur. l.39.in prin.l 43.§ cum parietem.

Si damnũ superficiei ex uicio soli, uel contrà solo ex superficie metuatur.l.18. § ei qui in cõduct.

Si inquilinus ex ædibus quas incolit, damnum metuat.l.13. § de illo quæritur. l. 18. § ei cuius. uers. sed inquilino.l.33.l.34.

Si usufructuarius ex ædibus, quarum usumfructum habet, uel proprietarius damnum metuat.l.18.§ ei cuius l.20.

2 *Ex reliquis contingentibus.*

Si alia actio sit. l.18.§ emptor.uers. & quod alia.l. 32.§ fin.

Si interdictum quod ui aut clàm competat. l.13.§ si quis opus.

Si actor prius opus nouum nunciauerit, uel egit uicino ius non esse, &c.l.13.§ si quis opus.

Si actor uicissim nolit cauere reo de damno infecto.l.18.§ si uicinus.

Si reus, quod antea actor cauere noluit, in possessionem missus sit.l.13.§ si quis quia.

Si damnum datum sit. l.7.§ hoc edictum.tt.3.l.11. § officium.uers. quia ubique non. uide ĩ Adfinia remedia.

SI CAVTVM SIT.

Subdistinguitur:

Si non rectè ut debet, cautũ sit, uide ĩ Quid ueniat.

Si alieno nomine stipulatus est.l.39.§ alieno.

Si dies cautioni insertus, finitus sit.l.4. in prin. l. 13.in prin.

III. *Quibus datur?*

Totum hoc, cui cauendum sit, cui non, subijciendũ est iurisdictioni prætoris.l.13.§ qui damni.

De eo cuius nihil interest, & qui uicinas ædes nõ habet.l.13.§ qui damni.

De eo in cuius bonis & cuius periculo res est. l. 18. in prin.

De inquilinis & illorum uxoribus, alijsque qui cũ illis morantur.l.13.§ qui damni. uers. uicinis.

De patre & filiofamilias inquilino.l.21.

De domino, fructuario & superficiario. l.5.§ fin. l.13.§ & superficiariũ.l.39. § damni. lib.7.tt.1. l. 7.§ unde etiam.

De creditore, cui uicinæ ædes pignori sunt obligatæ.l.11.

De emptore & uenditore uicini prædij.l.18.§ emptor.l.38 in prin.

De eo qui à non domino emit.l.11.§ idemque etiã. l.13.§ & superficiarium.

IIII. *Aduersus quos datur?*

De eo qui dominium ædium uiciosarum sibi uindicat, & possessore.l.39.§ si dominus.

De domino mediarum ædium inter uiciosas & actoris ædes.l.13.§ cum inter.

De eo qui in rei possessionem missus est, l.7.§ eius rei. l.15.§ si plures sint. uers. quòd si iam.§ si ante hoc decre.

De uno ex pluribus socijs eius prædij, ex quo damnum timetur.tt.3.l.11.§ officium.uers. ut in actione.

De duobus, quorum alterum dominum prædij dicit actor, alterum non.l.22 § fin.

De reliquis, uide paulo inferius, Quid ueniat. uers. si dominus.

V. *Apud quem detur?*

De iurisdictione huius causæ municipali magistratui à prætore deleganda. l.1.l. 4. in prin. § duas ergo res.

VI. *Quid ueniat in hanc actionem?*

¶ DE CAVTIONE PRAEstanda.

1 *Quo cautionis genere cauendum.*

Vtrum repromittendum, an satisdandum.

Distinguitur:

Si suo nomine cauet reus, promittere: si alieno, satisdare debet l.7.in prin.l.30.§ qui autem de.

Si controuersia sit, utrum dominus sit reus nec ne, satisdabit sub exceptione. l.7. § 1.l.22. § fin l. 31.§ fin.

Si dominus soli, superficiarius, usufructarius uel creditor, cui res pignori data est, cauere debet. l 9.§ quæsitum est.§ fin l.10.l.11.

Si is qui rem à non domino emit, cauere debet. l.13.in prin.

Si is qui in possessionẽ missus est, cauere debet. l. 7.§ eius rei.

Si de opere, quod in flumine publico ripaue eius fit, cauendum est.l.7.§ de eo opere.l.15.§ deinde ait.lib.46.tt.5.l.1.§ item ex causa.

Si de ædibus cauendũ est, ff.lib.46.tt.5.l.1 §. item ex causa.

Si de

Si de eo quod fit in uia publica cauendum est. l. 15. § si quid in uia.

Si quid in alio loco publico fiat, de quo cauendũ. l. 15. § de cæteris.

Si quid in fundo meo aquę ducendę uel alterius seruitutis gratia fiat, de quo cauendum. l. 30.

2 *Quid cauendum.*

Si alieno nomine quis stipulatur. l. 39. § alieno.

Nomen successorum adiicitur. l. 24. § adiicitur.

Si plures stipulentur uel promittant. l. 27.

An de loci uitio etiã sit cauendũ? l. 15. § notandũ.

De die stipulationi inferenda. l. 7. in prin. § de eo opere. l. 13. § fin. l. 14. l. 15. in prin.

Si in flumine publico ripaue eius fiat, in annos decem cauendum. l. 7. § de eo opere. l. 15. § deinde ait.

Si in uia publica quid fiat, tempus à prætore determinandum. l. 15. § si quid in uia.

¶ DE MISSIONE IN POSSESSIONEM *si non caueatur,*

uide ĩ Euentus.

VII. *Adiuncta officia actoris.*

De iuramento calumniæ ab actore præstando. l. 7. in prin. l. 13. § qui damni. § si quis stipulaturus. usque ad § huic stipulationi.

De cauendo de rato à procuratore. l. 39. § alieno.

VIII. *Adfinia remedia.*

Si antequam caueretur, ædes deciderint. l. 6. l. 7. § unde quæritur. l. 8. l. 9. in prin. § denique. l. 44. in prin.

Si dum prætor de danda stipulatione deliberat, damnum contigerit. l. 15. § eleganter quæritur.

Si cum iussus esset actor in possessionem ire, antequã eò ueniret, ædes corruerint. l. 15. § si iam ruerint. l. 44. in prin. lib. 43. tt. 4. l. 4. § sed ex alia causa.

Si res aliena ui fluminis uel alio modo in fundũ nostrum peruenerit, datur exceptio de damno præterito præstando, si res reperatur. l. 9. § de his autem. usque ad § quæsitum.

Si in publico loco opus fiat. l. 24. in prin. uers. quid ergo.

Si quis in subgrunda uel protector id positũ uel suspensum habeat, cuius casus nocere possit. ff. lib. 9. tt. 3. l. 5. § prætor ait. usque ad fin. legis.

Si usufructuarius ædes uitiosas, ex quibus proprietarius damnũ timet, non reficiat. l. 18. § ei cuius. uers. ergo nec. l. 20. § fin.

Locati & conducti actio. l. 13. § de illo quæritur. l. 18. § ei qui l. 32.

Pignoratitia actio. l. 34.

Si ex ædibus communib. quis damnum metuat, uide ĩ membr. 11. uers. si ex ædibus cõmunibus.

IX. *Euentus huius actionis.*

De actione aduersus magistratum, si iniuncta à Prætore uel præside non curauerit: hoc est, si nõ curauerit caueri, uel in possessionem mitti, &c. l. 4. § in eum. usque ad fin. legis.

¶ DE MISSIONE IN POSSESSIONEM, *si cautum non sit.*

1 *Causa ex qua quis damni infecti nomine in possessionem uitiosarum ædium sit mittendus.*

Si damni infecti nomine non caueatur. l. 4. § si intra diem. l. 7. § de eo opere uers. eum cui. l. 9. § integra. l. 15. § ex hoc edicto.

DISTINGVITVR SEQUENTIBUS *modis:*

Si pupillus uel absens sit qui non cauet. l. 15. § si pupillus. l. 19. in prin.

Si de uectigalibus non caueatur. l. 15. § si de uectigalibus.

Si cautum quidem sit, sed non in solidum. l. 33.

Si cautum quidem sit, sed dies cautioni inserta finitus sit. l. 4. in prin. l. 15. in prin.

Si postquam missus est in possessionẽ, cautio ei offeratur. uide ĩ Euentus.

Si ædes ruerint. l. 15. § si iam ruerant.

Si missus non accesserit, ædificiaque ruerint. l. 15. § cum tamen.

Si metu ruinæ à possessione discesserit missus. l. 15. § si quis metu.

Si alius damni infecti nomine in possessione sit, uide ĩ uers. prox. de pluribus.

Si alii res pignori sit obligata. l. 12.

2 *Quot & qui mittendi?*

De pluribus. l. 7. § eius rei nomine. l. 15. § si plures sint. § si antea hoc. l. 40. § fin.

De procuratore. l. 39. § alieno. uers. quòd si ei.

De patre & filiofamilias. l. 22.

3 *In quam partem mittendi?*

Vtrum in totum uel in partem mittendus sit? l. 4. § si intra diem. l. 15. § ex hoc edicto, usque ad § si plures. § cum ait. l. 18. § si agri. lib. 43. tt. 4. l. 3.

Si plures sint qui cauere debẽt, & quidã caueant, l. 5. § 3.

4 *Pro qua parte quisque sit mittendus, si plures mittantur.*

l. 5. § & contrà si. l. 15. § cum autem plures. l. 40. § fin.

5 *A quo mittendi?*

De magistratu municipali. l. 4. § duas ergo.

6 *Antecedentia missionem.*

Prius absenti domum denunciari oportet. l. 4. § prætor ait. usque ad § in eum.

7 *Euentus & iura missi.*

Vt missus admittatur, & de actione si non admittatur. l. 4. § an tamen is qui. l. 7. § in eum qui. l. 15. § fin. l. 16. l. 17. in prin. usque ad. § fin. l. 18. § pupillus. usque ad. § fin. lib. 43. tt. 4. l. 4. § Prætor in eum.

Missus potior est his qui rem pignori acceperũt. l. 12.

Non possidet missus, sed magis custodiam rerũ & obseruationem debet. ff. lib. 42. tt. 4. l. 12.

De iubendo possidere eum qui in possessionem missus est: & de usucapione rei. l. 4. § si fortè. l. 5. in prin. l. 7. § eum cui ita. l. 15. § Iulianus scribit. § si ante. § non autẽ statim. usque ad § si quas sint. § si de uectigali.

Vtrum dominus de possessione decedere debeat. l. 4. § si fortè duretur. l. 15. § si ante. § si quis autem. § ubi autem.

Ius quod habuit is qui de damno infecto satisdare potuit, non potest persequi aduersus eum qui missus est. l. § si quas sint. § si de uectigalib. uers. sed decernendum. l. 9. § fin.

Is qui missus est fulcire & reficere insulã debet: & de culpa ab eo præstãda. l. 15. § si quis damni.

An possit

An posit opus destruere.l.45.uers. nō quidem.

De decedēdo à possessione si cautio fuerit oblata.l.4.§ si forte.uers.item ut.l.15.§ item uideamus.usq; ad § si quis metu.

De sumptibus,quos fecit, decedenti restituendis.l.15.§ cum igitur plures.§ item uideamus.§ illud quęritur.§ si iam ruerint.uers. proinde.l.38.§ fin.l.39.§ fin.l.44.§ damni.l.46.

¶ DE ACTIONE SI cautum sit.

I. *Causa ex qua datur.*

Si damnum datum sit.l.24.§ quanquam.Distinguitur:

1 *Ex specie damni dati.*

Si luminibus ędium officiatur.l.25.

Si promissor dominium rei usucepit.l.18.§ j.

De reliquis,uide j quid ueniat.uers. De reliquis.

2 *Ex tempore quo datum est.*

Si post diem stipulationi insertum accidit.l.4. in prin.l.15.in prin § si quis igitur.l.18.§ Sabini.

Si dies stipulationi insertus non sit.l.13.§ fin.l.15. in prin.

Si tempore operis uel postea factum sit.l. 24. in prin.uers.sed quod dictum.

Si antè uel postquam res ei qui stipulatus est,tradita est.l.18.§ emptor.

3 *Ex causa & modo facti,item ex persona facientis.*

Si uitio loci,non operis accidat.uide § in prin.huius cap.uers.si à uitio loci.

Si extrinsecus aliquo fortuito casu acciderit.l. 24.§ uitium.usq; ad § quanquam. § Cassius. usq; ad § fin.l.43.in prin.

Si cum furni nomine cautū esset , furnarij culpa damnum datum sit.l.24.§ præterea.

Si alius quàm is qui promisit,fecit.l.24.§ quanquam.uers.sed si.

Si ab eo factū sit,quem promissor prohibere nō potuit.l.24.§ quanquam.

Si promissor suo iure quid fecit,quo damnū datum est.l.18.§ 7.l.24.§ fin.l.26.

Si in domo mea puteum aperio,quo aperto uenæ tui putei præcisæ sunt , uel paries tuus stare nō posit.l.24.§ fin.l.26.uers.aut si in uicino.

Si ob communis parietis demolitionem damnū datum sit.l.35.cum duabus ll.sequentibus.

Si communis parietis uitio quid accidit.l. 39. in prin.l.40.§ j.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si in ea re quam stipulator post stipulationē cōparauit,damnum datum sit.l.18.§ si is qui uici.

Si de damno præstando non sit cautum , uide § membr.8.

Si is cum quo actum est,prædium alienauit.l.17. § fin.

II. *Quibus datur?*

De domino procuratore stipulante.l.18.§ fin.

De dominis serui communis stipulantis. l.42.

III. *Aduersus quos datur?*

De hæredib.& cęteris successoribus.l.24. § adijcitur.lib.46.tt.5.l.2.§ incertū.usq; ad fin. legis.

IIII. *Quid ueniat in eā?*

Quanti ea res est.l.28 in prin.

Si pluribus uel aduersus plures actio cōpetat? l.27.l.40.§ quoties.l.42.tt.3. l.11. § officiū . uers. ut in actione.uers.quòd si is fundus.

De reliquis.l.15.§ illud quæritur.l.17. § fin. l. 18.§ Sabini.uers.etsi ita.l.28.l.29 l.37.l. 38. § fin. l. 39. § fin.l.40.in prin.l.43.§ cum parietem.lib.8.tt. 2.l.12.§ fin.

V. *Quando competat?*

An si paries concussus nondum decidit?l.18.§ Sabini.uers. nec quicquam.

VI. *Euentus.*

Si proprietarius uel usufructuarius damni infecti nomine cauit,uel quid præstitit, potest id ab altero per exceptionem recuperare. l. 22. in prin.

DE AQVA PLVVIA ARcenda. ff.lib.39.tt.3.

Cap. 15

I. *Genus.*

In personam actio est,non in rem.l.6. § aquæ.

II. *Causa ex qua datur.*

Si quid factū sit. ex quo aqua pluuia nocere possit.l.j.in prin § hæc autem actio § sicut autē.

Declaratur quæ sit aqua pluuia.l.j.§ j.§ in summa. Distinguitur:

1. *Ex specie facti, & euentu.*

Si opus fecit quo aqua aliter quàm natura solet, fluat: & si fortè immittendo eam aut maiorem fecerit,aut citatiorem aut uehementiorem,aut si comprimendo redundare fecit.l. j.§ hęc aūt, uers.to nensq;.

Si opere facto aqua in superiorem partē impellitur,aut in inferiorem deriuatur . l. j.§ Iidem aiunt.

Si flumen uel torrentem auerterit,ne aqua ad eū perueniat.l.2.§ idem Labeo.la 5.

Si aquam excludat,quæ exundante palude in agrum eius refluere solet.l.j.§ Neratius.

Si aquam in suo retinet,aut superfluentē ex uicini fundo in suum deriuet.l.j.§ Iidem aiunt.l. 3.in prin uers.si tamen.

Si fossas fecit,ex quib.aqua nocere posit. l.24. § sed etsi fossas.

Si posuerit salicta,ob quæ aqua restagnet. l.j. § sed & apud.

Si aquam inhibeat per suū agrum decurrere.l.j. § item sciendum.

Si opus tollat,ut aqua naturaliter ad inferiorem agrum fluat.l.j.§ sed etsi uicinus.

Si circa fontē agri sui fullonicas instituat , & ex ijs aquam in uicini fundum immittat : item si aquam contineat,aut spurcam immittat. l.3.in prin.

Si in suo fundum fodit,quo uicini fontem euertit,uel uenas intercidit.l.j.§ deniq; Marcellus. l.21.

Si sepulchrum fecerit,ex quo aqua nocet. l. 4. in prin.

Si sulcos fecerit,uide j ex causa facti.uers. si agri colendi.

Si per se uel sui natura quid factū sit ex quo aqua nocet,uide paulo inferius ex causa ex qua, &c.

Si id quod per se uel sui,natura,uel alio fortuito casu factū est,in pristinū statū nō reponit reus, uel

uel reponi non patitur, uide ĩ Quid ueniat?

Si opus factum uicino non noceat. l. 1. § ijdem aiunt.

Si factum sit, ne prosit amplius uicino quod profuit. l. j. § sicut autem. l. 2. § item Varus. uers. nam hac actione.

2 Ex causa, ex qua & propter quam factum est.

Si non manu, sed sui natura, uel alio fortuito casu factum sit. l. j. § hæc autem. uers. totiensq́. § idem ait. § illud etiam. § in summa. § deinde ait.

Si propter uitium loci pars soli uel manufacti operis subsederit, & hinc aqua noceat. l. 14. in prin.

Si per se agri natura mutata sit. l. 2. § apud Namusam. uers. Labeo.

Si aquæ fluens iter suum stercore obstruxerit, &c. l. 2. § apud Namusam.

Si aggerem uis aquæ deiecit. l. j. § fin. l. 2. § item Varus.

Si terræmotu aut tempestatis magnitudine soli causa sit mutata. l. 2. § apud Namusam. uers. idcirco etsi.

Si fossa, quia non purgabatur, repleta sit, ut ex restagnatione eius aqua fundo actoris noceat. l. 2. § 1. § præterea. § apud Alphenum. § idē Labeo.

Si agri colendi causa fecit, ut sulcos & fossas. l. j. § de eo opere. usq; ad § sed apud Seruij. § item Sabinus. § in summa. l. 24.

Si irrigandi prati causa factum sit. l. 3. § si uicinus.

Si fructuū percipiendorum causa factum sit. l. j. § de eo opere. § Labeo.

Si fossas agri siccandi causa fecit. l. j. § sed & fossas.

3 Ex modo quo fecit, & antecedentibus.

Si actor operi consensit. l. 19. l. 20.

Si principis aut senatus authoritate factum sit, aut ab ijs qui primùm agros cōstituerunt. l. 2. § Cassius. l. 23. in prin.

Si iure seruituris fecerit. l. 2. § fin. l. 3. § si uicinus.

Si memoriam eius uetustas excedat. l. 2. in prin. § Cassius. uers. in eadem. l. 23. § fin.

Si seruitus actori debeatur, nec excedat memoriā fossa, uel opus quod actor cupit reponi uel refici. l. 2. § 1. § apud Alphenum. § item Varus. § idem Labeo.

4 Ex loco in quo fecit, & tempore quo fecit.

Si in loco publico fecit. l. 3. § aquæ pluuiæ. l. 18.

Si in agris uectigalibus factum sit. l. 23. § j.

Si post litem contestatam fecit. l. 14. § fin. l. 15.

5 Ex qualitate aquæ, quæ nocet.

Definitio aquæ pluuiæ. l. j. § j. § in summa.

Si non aqua pluuia, sed alia sit. l. j. § in summa.

Si aquæ calidæ sint. l. 3. § idem Trebatius.

Si aquæ pluuiæ alia mixta sit. l. j. § 1.

6 Ex loco, ex quo, & per quem fluit aqua.

Si ex loco publico, sacro, uel alio. l. j. § item sciendum. uers. nec illud. l. 18.

Si ex sepulchro fluat. l. 4. in prin.

Si ex ædificio urbano fluat. l. j. § Cassius. § apud Labeonem.

Si ex agro communi actori & reo fluat, uel noceat. l. 6. § inde quæritur.

7 Ex re cui nocet aqua pluuia.

Si ædificio uel oppido noceat, uel alij loco qui est intra continentia ædificia. l. 1. § item sciendum. § apud Labeonem.

Si agris uectigalibus noceat. l. 23. § j.

Si uis ad fundum noceat. l. 25.

Si agro communi actori & reo noceat. l. 6. § inde quæritur. l. 11. § ex priuato.

8 Ex reliquis contingentibus.

Si trans flumen noceat. l. 23. § fin.

Si iam nocuit, uel damnum datum sit. l. j. § hæc autem actio. l. 14. § in hoc.

Si post litem contestatam nocuit. l. 11. § officium. uers. utrum & eius.

Si reus fundum alienauerit. l. 4. § Iulianus. l. 14. in prin. l. 16. § sed si antequam. uide insuper ĩ Aduersus quos.

Si reus fundo cedere paratus sit. l. 7.

Si actum sit eo nomine. l. 11. § Cassius.

III. Quibus datur?

De hæredibus. l. 22. in pri.

De fructuario. l. 3. § fin. l. 22. in prin.

De eo qui fundum uectigalem habet. l. 23. § 1. lib. 47. tit. 7. l. 5. § fin.

De eo cui uia per fundum debetur. l. 25.

De emptore & uenditore agri. l. 6. § si quis. l. 16.

De pluribus, & uno ex pluribus. l. 6. § si plurium l. 11. § Cassius.

IIII. Aduersus quos datur.

In personam actio est. l. 6. § aquæ.

De domino operis, & autore. l. 4. in prin. § fin. l. 11. § Cassius. uers. non utiq;. l. 18. l. 22. § fin.

De colono & procuratore faciente, & ipso domino. l. 4. § Idem Iulianus. l. 5.

De fructuario. l. 3. § fin. l. 22. § fin.

De eo qui agrum uectigalem habet. l. 23. § j.

De emptore & uenditore, donatore & donatario: item socio operis & legatario. l. 12. l. 13. l. 14. in pr. l. 16. § fin.

De hæredibus. l. 12. l. 22. in prin.

De primo & tertio uicino, si tertius opus fecerit, & per primi fundum noceat. l. 6. in prin.

De pluribus, & uno ex plurib. quorum fundus est. l. 6. § si ex plurium. l. 11. § Cassius. § apud ferocem.

V. Quid ueniat in hac actione?

Vt opus restituat uel tollat, & damnum sarciat. l. j. in prin. § Neratius. l. 6. § officium. l. 7. l. 11. § apud. § Trebatius. l. 22. § non aliter.

De damno antè dato, uel post sententiam futuro. l. 14. § in hoc iudicium.

De damni æstimatione. l. 6. § final.

De parte damni præstāda, si socius cum socio agit. l. 6. § inde quæritur.

De sola patientia præstanda. l. 4. § Iulianus. usq; ad ad fin. legis. l. 5. l. 6. § fin. l. 7. l. 11. § apud ferocem. § Trebatius. l. 12.

Vt opus, quod sui natura uel aliquo fortuito casu factū est, reponat, purget, reficiat: uel reponere, purgare uel reficere patiatur. l. 1. § fin. l. 2. § item Varus. usq; ad § idem Labeo.

De noxæ deditione serui. l. 6. § fin.

Si plu-

Si pluribus, uel aduersus plures actio competat. l. 6. § si ex plurium. l. 11. § officium.

VI. *Adiuncta, seu de probatione.*

Si quæratur, an memoria extet ex facto opere. l. 2. § idem Labeo.

VII. *Euentus de actione condemnati aduersus alios.*

l. 5. uers. & si quam. l. 11. § Cassius. § apud ferocem.

VIII. *Adfinia remedia.*

De fluminibus & stillicidijs actio negatoria. l. 5. § item sciendum. usq; ad § sicut autem.

Quod ui aut clàm interdictum. l. 4. § final. l. 5. l. 13. l. 14. in prin. § in hoc. l. 22. in prin.

Damni infecti. l. 14. § in hoc. uers. cul. de eo quod post.

De dolo actio. l. 14. in prin.

FINIS LIBRI OCTAVI.

METHODI IVRIS CIVILIS PARS QVARTA: DE CAVSIS IVRIS LVCRATIUIS.

AD D. MICHAELEM À CADEN, IVDICII CAMERAE IMPERIALIS aduocatum & procuratorem, Nicolai Vigelij

PRAEFATIO.



ARTEM Methodi meæ antea tibi, uir clarissime, dedicatā, rursus tibi
offero: non tamen ex omni parte eādem, sed mutatā ac renouatam: so
lam antea, nunc inter Septem partes mediā: antea De hæreditatib. &
bonorum possessionibus, nunc De causis lucratiuis inscriptā. continet
enim solas causas iuris lucratiuas: quanquā usucapio in fine adiecta, tā
lucratiuis quàm onerosis causis est communis. Tractatur autem in hac parte inter
cætera, potissimùm de ultimis hominū uoluntatibus, quarum iura originem uiden-
tur traxisse ex lege XII. tabularū, cuius uerba hęc sunt: Vti quisq; legassit suę rei, ita
ius esto. Cuius legis ęquitas naturalis est. nam ultimas hominū uoluntates in rebus
suis conseruari, magna ratio suadet. Verbis autē istius legis (autore Pomponio iu-
risconsulto) latissima potestas tributa est, & hæredes instituendi, & legata liberta-
tesq; dandi, tutelas quoq; constituendi: sed interpretatione coangustatū est uel le-
gum, uel auctoritate iura constituētium. Nam accessit postea ius Ciuile, quo cautū
est, ut testamentum uno fieret contextu testib. adhibitis: accesserūt principales con
stitutiones, quibus cōstitutum, ut testator & testes testamento subscribāt: accessit
ius Prætoriū, quod signacula testamento imponi iussit: accessit lex Falcidia, quę ul
tra dodrantem bonorum legare uetuit: accesserunt & aliæ leges, quib. potestas te-
stādi latissima à lege XII. tabularū introducta postmodū coangustata, uarijsq; mo-
dis distincta est. Sed & alię accesserunt leges, quib. istæ distinctiones subdistinctæ
sunt, & quasi replicationes aduersus exceptiones introductę. Nam militibus ista di
ligens in ordinandis testamentis obseruatio remissa est, & latissima testādi potestas
restituta: quemadmodum & parentib. inter liberos disponentibus, item rusticis im
peritis, quibus peritiores cōsulendi facultas non est, &c. Veruntamen & istę subdi-
stinctiones alijs legib. rursus distinctæ sunt. Nam militibus dicta latissima testandi
potestas denegatur, si uel citra expeditionis necessitatem testātur: uel facto in mili-
tia testamento, postquam à militia dimissi sunt, annum superuixerint: uel si incertū
sit illos testari uoluisse, &c. Ita occasione unius legis, plerūq; plures leges solēt oriri,
iuraq; distinguendo & subdistinguēdo in immēsum crescere: haud aliter ac ex una
radice & trunco uno plures nasci solēt rami. Estq; perquàm difficile leges sequētes
intelligere, nisi à capite atq; origine sua repetantur. Quod ut exēplis innotescat, in
titulo De re iudicata talis lex habetur: Cum prolatis constitutionib. contra eas pro
nunciat iudex, eo quòd non existimat causam, de qua iudicat, per eas iuuari: non
uidetur

uidetur contra cõstitutiones sententiam dedisse. Ideoq; ab huiusmodi sententia appellandum est, alioqui rei iudicatæ stabitur. Hæc lex ignoranti eius originem quodammodo obscura uidebitur, scienti autẽ facilis & plana. Ius est , quòd sentenria, à qua non fuerit appellatũ, transit in rem iudicatam, & pro ueritate accipitur. Distinguitur hoc ius: Nisi sentẽtia cõtra leges & cõstitutiones lata sit. tunc enim ea etiam sine appellationis auxilio nulla est, & rescindenda. Hæc distinctio proposita lege subdistinguitur hoc modo: Nisi iudex existimauerit allegatas constituriones nihil ad causam pręsentem facere. Itẽ in titulo De furtis, talis lex scripta est: Si ad dominũ ignorantẽ peruenerit res furtiua, uel ui possessa, non uidetur in potestatem domini reuersa. Ideoq; nec si post talem domini possessionem bona fide emẽti uenierit, usucapio sequetur. Huius legis origo est, quòd res aliena diutino tempore à bonę fidei emptore possessa usucapitur. Quod ius distinguitur: Nisi res furtiua uel ui possessa sit: tunc enim cessat usucapio. Hæc distinctio subdistinguitur hoc modo: Nisi res furtiua uel ui possessa in domini potestatẽ reuersa sit: tunc enim uitio rei purgato, usucapi ea potest. Hæc subdistinctio, proposita lege rursus distinguitur hoc modo: Nisi res ad ignorãtẽ dominũ peruenerit, &c. Ita leges speciales ad sua genera & fontes sunt reuocandæ, & à capite repetendæ. Quam rationẽ nõ solùm in inrerpretandis legibus, sed & in casibus incidentib. dijudicãdis obseruandã suaserim, ut is qui de iure causę cõsultat, à summo iure orsus, per media ad ius causę descẽdat. Hęc enim multo certior uia est ad ius causę perueniẽdi, quàm si ea in personis & tẽporibus consideretur. Sit huius rei exemplũ: Seius Sempronio pecuniã, quam Titio ex causa uenditionis debebat, soluit, falso putãs ei ut exigeret mandatum à Titio esse: Sempronius acceptam pecuniam creditori Titij dedit, ad ipsum Titium perferendam. Verùm creditor Titij pecuniam cõpensationis iure retinuit: Titius nihilominus pecuniam à Seio emptore petit. Quæstio est: Vtrum Seius dicta solutione sit liberatus, nec'ne. Certè qui in hac quæstione decidenda manet in personis & temporibus, & nunc Titij, nunc Seij, nunc Sempronij, nunc eius ad quem pecunia peruenit personam cõsiderat, nunc ad alia quæ causæ insunt sine certo ordine respicit, eum uarijs disputationibus inuolui, & nunc in hanc nunc in illam partem moueri necesse est, adeò ut tandem incertum dimittat consulentem. Qui autem primò inquirit, ex qua causa Titius experiatur uel experiri possit, hinc ex qua causa Seius excipiat uel excipere possit, tertiò ex qua causa possit replicari, duplicari, &c. & sic ius singularũ causarum considerat, is facilè quid de tota causa statuendum sit sciet. Nam primò uidet, Titium Seio rem certo precio uendidisse. Ergo precium Titio à Seio soluendum: quam actionem seu agendi causam iustam esse non dubitat. Hinc uidet, reum aduersus actionem excipere posse, Se soluisse, ergo se esse liberatum: quam exceptionẽ similiter iure subsistere certus est. Postea uidet, nõ actori, sed alij solutũ: ex qua causa aduersus solutionis exceptionẽ cum iure possit replicari, quid contra istam replicationem reus duplicare possit, post hæc deliberat: & quas distinctiones dicta replicatio admittat, considerat. Videt autem inter cætera, si creditori actoris sit solutum, uel pecunia ad eum peruenerit, dictam replicationem cessare ex l. 6. ff. de doli mali & metus exceptione: quam replicationis distinctionem uidet causę pręsenti inesse, nimirum pecuniam debitam ad creditorem actoris peruenisse. ergo ex ea causa contra replicationem duplicandum. Quoniam autem istam duplicationẽ & de iure & de facto subsistere intelligit, nisi cõtra eam actor triplicãdo certam distinctionẽ, quæ & iure subsistat: & causæ præsenti insit, possit adferre, reum, utputa actione per solutionis exceptionem elisa, absoluendum respondet. Ita resoluendus est omnis casus in suas partes, ut sunt, causa agendi, causa excipiendi, causa replicandi, causa duplicandi: & de singulis causis singulariter iudicandum, utrũ iustæ sint, nec'ne? Qua ratione singulis cognitis, tota causa cognita erit. Hæc ad te, uir clarissime, non ut te (quem & iurisperitissimũ, & in causis forensibus exercitatissimũ scimus omnes) erudiam, scribo: sed quò usum huius Methodi meæ tibi ostendam. Nam in hac Methodo singulas iuris Ciuilis leges, singulos singularum legũ paragraphos, ad suos locos, ad sua genera & capita redegi: singulis generibus

suas species, suas distinctiones, & distinctionũ subdistinctiones, hoc est, exceptiones, replicationes, duplicationes ordine subieci: unde leges speciales generalibus in promptu positis facilius cognosci, & oblata causa gradus per quos à iure summo & generali, ad ius causę descendi potest, hoc est, exceptiones, replicationes, duplicationes possunt apparere. Plurimùm igitur & ad leges intelligẽdas, & ad exceptiones in causis latentes inueniendas, Methodus hæc (ni fallor) poterit prodesse: cuius Methodi (uir clarisśime) Quartam partem, antea tibi dedicatam, nunc renouatam recipe, & me amare desistere noli: Vale.

DE HAEREDITATE ET BONORVM POSSESSIONE EX Testamento:

Liber nonus.

DE HAEREDITATE ET BONORUM possesśione in genere. Caput I.

DE HAEREDITATE.

I. *Definitio.*

l. 24. ff. de uerb. signific. item l. hæreditas. ff. de reg. iur.

Definitio hæredis. ff. lib. 28. tt. 5. l. 9. § hæredes. item l. in pari causa. ff. de reg. iuris.

II. *Genus.*

Nomen iuris est. l. 119. l. 178. § hæreditas. & l. 208. ff. de uer. sig item ff. lib. 5. tt. 3. l. 50. in prin. lib. 37. tt. 1. l. 3. § hæreditatis.

III. *Species.*

Qui appellatione hæredis contineantur. ff. lib. 50. tt. 16. l. 65. l. 70. 170. 219. 227. tt. 17. l. 154. l. 117.

De damnosa hæreditate. ff. lib. 59. tt. 16. l. 119.

De legitima hęreditate. An hęreditas ex testamento legitima dici posśit? ff. lib. 50. tt. 16. l. 130. lib. 37. tt. 2. l. 3. § de illo.

IIII. *Propria.*

Hæreditas nondum adita sustinet personę uicem, non quidem hæredis, sed defuncti. Inst. lib. 2. 14. § seruus etiam alienus. lib. 3. tt. 18. in prin. ff. lib. 46. tt. 1. l. 22. lib. 30. tt. 1. l. 117. § seruo. lib. 41. tt. 1. l. 34. tt. 3. l. 22.

Omnis hęreditas, quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. l. omnis hæreditas. & l. omnia ferè. ff. de reg. iuris. item ff. lib. 29. tt. 2. l. 54.

V. *Causæ hæreditatis ex quibus debetur.*

Hęreditas ad nos pertinet aut uetere iure, aut nouo. Vetere, ex lege duodecim tabularum, & tum uel ex testamento, uel ab intestato: Nouo, ut ex senatusconsultis, cõsultis, aut ex constitutionib. ff. lib. 5. tt 3. l. 1. cum ll. sequentib. quæ singulę causæ cum suis distinctionibus infrà ordine proponentur.

De fideicommisso. C. lib. 6. tt. 48. l. 5.

De pactis. C. lib. 2. tt. 3. l. 15. l. 19. l. 30. tt. 4. l. 34. §. fin. lib. 5. tt. 14. l. 5. lib. 8. tt. 39. l. 4.

VI. *Effectus & iura hæredum.*

Hæres eius iuris est, cuius fuit defunctus. l. hæredem. & l. qui in ius. l. priuilegia. l. quod ipsis. l. inuitus. § cum quis. ff. de reg. iuris Nec potest quis plus iuris ad hæredem transferre, quàm ipse habet. l. nemo plus iuris. & l. nemo plus commodi. ff. de reg. iuris.

Per hæreditatem actio hæredi adquiritur. ff. lib. 47. tt. 10. l. 1. § denique Iulian.

Specialia iura & officia hæredum, uide infrà lib. prox. cap. 10. cum sequentibus.

DE BONORVM POSSESSIONE.
Inst. lib. 3. tt. 10. ff. lib. 37. tt. 1.
C. lib. 6. tt. 9.

I. *Ratio & usus.*

Inst. in prin. usque ad § quos autem. ff. l. 6. § legum.

II. *Definitio.*


ff. l. 3. § bonorum.

III. *Genus.*

An sit hæreditas? Inst. § quos autem solus. ff. l. 2. lib. 50. tt. 16. l. 138. tt. 17. l. 117.

IIII. *Diuisio & species.*

Inst. § adhuc autem. usque ad § cùm igitur plures. ff. l. 6. § bonorum.



V. Adfine

V. Adfine remedium.

Legitima hæreditas.C.lib.6.l.3 tt.57.l.4.ff.lib.38.tt. 7.l.2.§ fin.l.3.

Porrò quoniam ex iisdem causis datur & denegatur bonorum possessio, ex quibus datur & denegatur legitima hæreditas,ut est ff. lib. 38. tt. 7. l.2.§ hæc autem. & l 3.item ff.lib.37.tt.1.l.12. § fin. parumq; à se inuicem distant : ideo utriusq; locos ac leges in posterum miscebo.

DE TESTAMENTIS. INSTI. lib.2.tt.10.cum sequentibus.ff.lib.28.C. lib.6.tt.21.cum sequentibus. item lib.29. Cap. 2.

I. Definitio testamenti.

Inst.lib.2.tt.10.in prin.ff.lib.28.tt.1.l.1.

II. Diuisiones.

Inst.lib.2.tt.10. in prin. ff.lib.29.tt.3.l.2. § testamentum.Nouell.C.1.§ quoniam uerò duplex.

III. Partes testamenti.

Codicilli.ff.lib.29.tt.3 l.11.tt.7.l.14.§ quod codicilli pro parte.l.16.§ ad testamentum autem.

Secundæ tabulę.ff.lib.29.tt.3.l.2.§ ad causam.l.11.

IIII. Proprium testamenti.

Institutio & exhæredatio.ff.lib.19 tt.7.l.13.§ fin.C. lib.6.tt.23.l.14.Inst.de legatis.§ ante hæredis.ibi: Quia testamenta.

V. Testamenti factio non priuati,sed publici iuris est.

ff.lib.28.tt.1.l.3.

VI. Tabularum testamenti instrumentum.

Non est unius hominis,hoc est,hæredis,sed uniuersorũ, quibus quid illic adscriptum est : quin potius publicum est instrumentum. ff.lib. 29. tt. 3.l.2.in prin.

VII. De testamenti tabulis deponendis.

ff.lib.22.tt.4.l.6.lib.10.tt.2.l.4.§ fin. C.lib.6.tt.22.l. 8.§ sed quia.tt.23.l.18.

DE ORDINANDIS TESTAmentis:& primùm qui testamenta ordinare possint,uel non.Inst.lib.2.tt.12. ff.lib.28.tt.1.C.lib.6.tt.22. Cap. 3.

De filiofamiliâs:& de testando, de castrensi peculio.Inst.tt.11.§ illis autem.§ fin.tt.12. in prin. usq; ad § præterea. ff.l.6.in prin.l.16.l.19.ff.lib.eod.tt. 3.l.6.§ fin.lib.39.tt.1.l.11.§ si miles.§ fin. l.22.l.26.§ fin.l.43.lib.5.tt.3.l.34.in prin.lib.37.tt.1.l.3. § dari. tt.11.l.1.§ exigit.C.l.3.§ fin.l.11.l.12. C.lib.3. tt. 28. l. 37. § in tali igitur. usque ad § hoc nihilominus. lib.9.tt.51.l.13.in prin.

De seruo. ff.l.16.l.19. C.tt.58.l.4. C. lib. 3. tt. 31. l. 8.

De eo qui de statu suo dubitat. ff.l.14.l.15.lib.32.l.1. in prin.

De eo qui testamento manumissus,incertus est aditam esse hæreditatem.ff.l.14.

De eo qui est apud hostes.Inst,§ fin.ff.l.8.in prin.l. 12 lib.37.tt.1 l.3.§ dari.

De obsidibus.ff.l.11.

De iis qui à latronibus capti sunt.ff.l 13.in prin.

De eo cui aqua & igni interdictum est. Item de deportato,relegato,ad ferrum , bestias , in metallum damnato.ff.l.8.item in tt.3.l.6.§ eius qui deportatur.

De damnato ob carmen famosum.ff.l.18.§ final.

De damnato ex militari delicto. ff.lib.28.tt. l. 6. § irritum.

De eo qui post accusationem in custodia fuerit defunctus indemnatus.ff.l.9.item in tt.3.l.6.§ eum qui deportatur.

De eo qui in capitali crimine damnatus appellauit,& interim facto testamento decessit. tt. l. 13. item in tt. 3. l. 6. § hi autem omnes,usque ad § quid si quis.

De pupillo & impubere.Inst.§ præterea. ff.l.5.l.19. C.l.4.ff.lib.17.tt.11.l.1.§ exigit.

De prodigo , & alio cui bonorum suorum administratio est interdicta.Inst.§ item prodigus.ff.l. 18.

De furioso & mente capto.Inst.§ præterea. usque ad § item prodigus. ff. l.2.l.16.l.17. l. 20. § nec furiosus.uers.testamentum.C.l.9.ff.lib.37.tt.11.l.1.§ exigit.

De cæco.Inst.§ cæcus.C.l.8.

De surdo & muto.Inst.§ item surdus. usque ad § cæcus. ff.l.6.§ fin.l.7.l.25. C.l.10.tt.33.l.29.§ si enim talis.

De eo qui manus amisit.ff.l.10.

De ualetudinario.ff.l.2.l.17.C.l.3.

De senibus.C.l.3.

De eunuchis.C.l.5.

De uno ex sociis omnium bonorum.C.l.1.

De Imperatore & Augusta. C.l.7.

De eo qui apud exteros legatione fungitur. ff.l.15. § item qui.

DE TESTIBVS TESTAMENTI. Inst. tt. 10. ff. lib. 28. tt. 1. Cap. 4.

I. De testibus à magistratu præbendis.

ff.lib.22.tt.5.l.22.

II. Quot testes in testamento requirantur.

Inst.§ sed quum paulatim. C.lib.6.tt.11.l.2. tt. 23. l. 8.l.12.in prin. l.19.l.21.§ fin.l.28.§ fin. tt. 36. l. 8. § fin.

III. Qui testes esse non possint?

De eo qui testamenti factionem non habet. Inst.§ testes autem.ff l.18.

De iis quos leges iubent improbos, intestabilesq; esse.Inst.§ testes autem. ff.l.26.

De hęrede scripto,cum personis coniunctis & cognatis:hoc est,de eo qui est in potestate hęredis: item patre & fratribus. Inst. § sed neque hæres. ff.l.20.in prin.

De legatariis & fideicommissariis , cum personis coniunctis & cognatis.Inst.§ legatariis. ff.l.20.in prin. C.tt.23.l.22.

De eo qui tutor scriptus est.ff.l.20.in prin.

De eo qui est in potestate testatoris.Inst.§ in testibus.ff.l.20.in prin.§ quæ autem.

De patre & fratribus testatoris.Inst.§ sed si filiusfamiliâs.ff.l.20.§ per contrarium.

De eo quem testator redemit ab hostibus.ff.l.20.§ potestatis.

De eo qui tabulas testamenti scripsit.ff.l.27.

De pluribus testibus ex eadem domo. Inst. § pater § sed si filiusfamilias.ff.l.20.§ per contrariũ. l.22.in prin.

De muliere.Instit.§ testes autem. ff.l.20.§ mulier.

De hermaphrodito.ff.lib.22.tt.5.l.15.

De impubere.Inst.§ testes autem. ff.l.20.in prin.

De seruo.Institut.§ testes autem.ff.l.20.§ seruus. C tit.23.l.1.

De eo qui testamenti faciendi tempore liber existimabatur, postea autem seruus apparuit.Inst.§ sed cùm aliquis.

De furioso.Inst.§ testes autem.ff.l.20.§ nec furiosus.

De muto & surdo.Inst.§ testes autem.

De ijs qui sermonem non intelligunt. ff.l.20.§ final.

De eo cui bonis interdictum est. Inst.§ testes autem.ff.l.18.

De damnato ob carmen famosum. ff. l. 18. §. final.

De adulterij damnato.ff.lib.22.tt.5.l.14.

De lege repetũdarum damnato. ff.l.20.§ eum qui lege.ff.lib.22.tt.5.l.15.

De non rogatis.ff.l.21.§ in testamentis.l.27.

De inuitis.ff.l.20.§ fin.

De absentibus.C.tt.23.l.9.l.12.In prin.l.21.§ in omnibus.

De ijs qui non perseuerant usq; ad finem contestationis.ff.l.20.§ fin.C.tt.23.l.8.

DE MODO TESTANDI. Cap. 5.

I. *De testando uno contextu, ne alienus actus interueniat.*

Inst.tt 10.§ sed quum paulatim. ff.lib.28.tt.1.l. 21. § fin. C.tt 23.l.21.§ in omnib.l.28.in prin.usq; ad § cùm autem. Ne testes ante finitum actum abeant ff.lib.28.tt.1.l.20.§ fin.C.tt.23.l.8.

II. *De nuncupandis hæredibus & exhæredibus.*

Si non nuncupet, sed tantùm scribat.ff.lib.28.tt.1.l.21.in prin.

Huc pertinet, De clauso testamento testibus exhibendo, Inst.tt.16.§ sin autem quis. C.tt.23.l. 21. in prin.

De palàm nuncupando ut exaudiri possit. ff. lib. 28 tt.1.l.21.in prin.C.tt.23 l.29.

De uerbis quibus nuncupat, & de errore in nuncupando. Quibuscunq; uerbis uti licet. C. tt. 23. l.15.

De Græcis uerbis.C tt.23.l 21 § fin.

Si alio modo uel in aliam causam quàm cui præpositus est, cum eo contractum sit. ff.l.5.§ non

tamen omne usq; ad § item fideiussori. l.11. § cōditio l.19. § fin. tt.5.l. fin.

Si eo nomine actum sit. ff. l.13. in prin.

Si obligatio nouata sit. ff. l.13. § 1.

IIII. *Quibus competit?*

De hæredibus. ff. l.15.

De fideiussore. ff. l.5. § item fideiussori.

V. *Aduersus quos competit?*

De eo qui eum præposuit. Distinguitur in præcedentibus.

De hærede eius qui præposuit. ff. l.5. § fin. l.14. § fin. l.15. Si hæres pupillus sit. ff. l.11. in prin. l.17. § si impubes.

De domino, & ipso procuratore, tutore uel curatore præponente. ff. l.5. § fin. l.6.

De domino & negociorum gestore præponente. ff. l.7 in prin.

De domino serui, præpositi, & ipso præponente. ff. l.17 § 1.

De ipso præposito. ff. l.19. in prin. l.20.

VI. *Quid ueniat in hac actione?*

In solidum tenetur præponens. C. l.2. l.6.

Si seruus pecuniis fœnerandis præpositus, per intercessionem æs alienum suscepit. ff. l.19. § fin.

Si plures sint, an singuli in solidum teneantur. ff. l.13. § fin. l.14.

VII. *Quamdiu competit?*

Perpetua est. ff. l.15.

VIII. *Adiuncta officia actoris.*

Quæ ab actore probanda. ff. l.13. in prin. tt. 1. l. 7. § fin. C. l.1. l.3.

IX. *Euentus.*

Vnus ex dominis serui uel mercis communis nomine in solidum conuentus pro socio uel communi diuidundo iudicio experiri potest aduersus socios. ff. l.13. § fin. l.14.

X. *Adfinia remedia.*

De actione aduersus præpositum cum quo contraxit. ff. l.19. in prin. l.20. uel dominium eius. ff. l.17. § 1.

De directa actione aduersus præponentem. Inst. § fin. ff. l.17. § fin. lib.12. tt 1. l.29.

Si præponens pro præposito fideiussit, etiam fideiussoria tenetur. ff. l.19. § tabernæ.

De peculio & in rem uerso actio. Inst. § cæterùm dubium. C l 1. l.2.

Tributoria actio ff. l.11. § si institoria.

Locati ff. l.5. § sed & cum fullo.

Redhibitoria & ex stipulatu. ff. l.17. in prin.

Furti & iniuriarum. ff. l.5. § idem ait.

XI. *De contraria actione quæ datur ei qui institorem præposuit aduersus eum qui cum eo contraxit.*

ff. l.1. l.2. l.12. l.19. § fin.

DE TRIBVTORIA ACTIONE. Inst lib.4. tt.7. ff. lib.14. tt.4. Cap. 4.

I. *Ratio huius actionis.*

Inst. § is quoq; cui. ff. l.1. in prin.

II. *Ratio nominis.*

Inst. § introduxit. uers & ideo.

III. *Differentia huius actionis ab actione de peculio.*

Inst. § is quoq; cui. ff. l.1. in prin. l.6. l.10. l.11.

IIII. *Causæ ex quibus datur.*

Si seruus sciēte domino in peculiari merce negociatur, & quid cum eo eius rei causa contractū est. Inst. § introduxit ff. l.1. § peculiarem. uers. ita demum. Dominusq; dolo malo minus tribuit quàm debet. Inst § introduxit. uers. nam si quis. ff. l.7. § si cuius l.8 § fin. l.12. § tributoria.

Si sibi ex ea merce solui fecit: item si mercem perire passus est, aut eam euertit, aut uilioris data opera distraxit: uel ab emptoribus preciū non exegit. ff. l.7. § proinde si sibi.

Si negauerit dominus cuiquam deberi. ff. l. 7. § sed etsi.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex persona negociantis.*

De omni qui alieno iuri subiectus est. Inst. § is quoq; uers. fin. ff. l.1. § potestatis.

De iis qui nobis bona fide seruiunt ut liberi homines, serui alieni, & in quibus usumfructum habemus ff. l.1. § fin.

De uicario serui. ff l 5. § 1.

De institore serui. ff. l.5. § item parui.

De fœmina quę est alterius potestatis. ff. l.5. § sed etsi ancilla. lib.15. tt.1. l.27 § 1.

2 *Ex genere negociationis.*

Si non in peculiari merce negociatus est. ff. l. 5. § mercis.

Differentia peculij & mercis peculiaris. ff. l.1. § peculiarem.

De fullone, sarcinatore, textore, &c. ff. l.1. § 1.

3 *Ex persona scientis, & dolo facientis.*

Si pupillus dominus sciat, uel dolo faciat. ff. l.3. § fin. l. 4.

Si tutor uel curator domini sciat, uel dolo faciat. ff. l.3. § si seruus. l.4.

Si procurator domini sciat uel faciat. ff. l.5. in pri.

Si seruus sciat uicarium negociari. ff. l.5. § 1.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si dominus ignoret seruū negociari, uide § uers. Si seruus sciente item uers. Si tutor uel curator, &c cum sequentibus.

Si dominus contradicat. ff. l.1 § scientiam.

Si non minus tribuit, uel sine dolo & per ignorātiam minus tribuit. ff. l.7. § si cuius. uers. Si tamen. l.8. § fin. l.12. § tributoria.

Si dominus negauerit cuiquam deberi. ff. l. 7. § sed etsi negauerit.

Si merx, in qua negociatur, ad reum nō pertinet. ff. l.2.

Si nihil sit in peculio. ff. l.1. § peculiarem.

Si de peculio actum sit. ff. l.9. § 1.

Si dominus potius peculio uel mercibus cedere uelit quàm tribuere. ff. l.7. § 1.

Si seruus testamento manumissus sit, eiq; peculium legatum. ff. l.9. § si seruo.

Si seruus mortuus est. ff. l.8.

V. *Quibus datur?*

De hærede ff. l.7. § fin.

VI. *Aduersus quos datur?*

De eo qui in potestate negociantem habet. ff. l. 5. § in tributum.

De utroq; domino seruo communi negociante. ff l.3. in prin.

De emptore serui. ff. l.10.

De hæ-

De hæredibus cęterisq; successoribus. ff.l.7.§ fin. l.8.l.9.in prin.§ fin.

VII. *Quid ueniat in hac actione?*

Rei persecutionem continet.ff.l.8.

Vt quidquid in his mercibus erit,quodq; inde receptum erit,id inter dominum,si quid ei debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. Inst.§ introduxit.§ is quoque cui. ff.l.5.§j.fin.l.7.§ si cuius dolo.

Quid mercis nomine tribuendū. Inst. § is quoq; cui.uers.rursus.ff.l.5.§ per hanc.§ nō autem totum usq; ad § si plures.l.11.

Quæ debita domini deducēda.ff.l.5.§ sed est quæsitum.§ siue autem domino.l.7.in prin.

Si uicarij nomine conuenitur, an id quod ordinario debetur,deducere possit.ff.l.5 §j.

Si plures sint domini,quod singulis debetur pro rata deducendum.ff.l.5.§ j.l.5.§ sed etsi duo.

Quæ debita cæterorum creditorum deducendæ: & de priuilegijs creditorum.

Si plures sint creditores alij in alijs mercibus, uel aliarum tabernarum: utrum commungendi an separandi sint.ff.l.5 § si plures.

Si merces uni pignori datæ sunt, an hic cæteris præferatur in ijs. ff.l.5. § sed est quæsitum. uers. quid tamen.§ planè si in.

Si ex unius creditoris pecunia merces sint comparatæ:an huic in ijs præferatur? ff.l.5. § planè si in eadem.

Si quis mercem suam seruo dedit uendendam:an is in ea cæteris præferatur? ff.l.5. § sed etsi dedi.

Si uni creditori integra portio sua sit soluta: an cæteris refundere teneatur pro rata. ff.l.5.§ fin. l.6.

VIII. *Adiuncta officia actoris.*

Cauere de refundenda portione pro rata. ff.l.5 § fin.l.6.l.7.in prin.

IX. *Quamdiu competat?*

Perpetua est.ff.l.7.§ fin.l.8.

X. *Adfinia remedia.*

Actio de peculio.Inst § is quoq; cui.ff.l.5 in prin. l.5.§ j.l.9.§ j.l.10.l.11.l.12.

Actio de in rem uerso.Inst.§ is quoq; cui.

DE ACTIONE DE PECVlio.Inst.lib.4.tt.7.ff.lib.15. tt j. Cap. 5.

I *Propria huius actionis & differentiæ à præcedentibus.*

Non competit in solidū.ff.l.j.in prin.uide ȷ̄ Quid ueniat in ea.

Occupantis melior est conditio in ea.ff.l.10. l. 52. in prin.uers. & quia occupantis.3 lib. 14. tt. 4. l.6.

II. *Causa ex qua datur.*

Si quod cum eo qui in aliena potestate erit negocium gestum erit.ff.l.j.§ uerba autē.l.41.§ fin.

Distinguitur:

1 *Ex persona eius cum quo gestum est.*

Si cum fœmina. ff.l.j. § de eo loquitur. l. 27. in prin.C.lib.4.tt.26.l.11.

Si cum impubere.ff.l.j.§ si cum impubere.

Si cum filiofamilias.ff.l.j.§ fin.

Si cum libero homine uel seruo alieno bona fide possessor.ff.l.j.§ fin.

Si cum seruo hæreditario.ff.l.3. in prin.

2 *Ex persona eius in cuius potestate est.*

Si mulier sit.ff.l.3.§ parui autem.

Si pupillus sit,uel impubes. ff.l.3.§ Pedius.lib. 42. tt.4.l.3.§ contractum.

Si furiosus sit.ff.l.3.§ in furiosi.

3 *Ex genere negocij gesti, & causæ ex qua agatur.*

Si pro alio fideiussit, mandator extitit, uel aliàs interuenit ff.l.3 § si filiusfamil. usq; ad § cui cōgruit.§ sed si filius.l.47.§ j.

Si mandauit ut alius pro se apud dominum uel patrem fideiuberet,uel solueret.ff.l.3.§ cui congruit.

Si compromisit uel iudicio condemnatus est. ff.l. 3.§ si seruus.§ sed si filius.§ idem scribit.

Si deleto iureiurando iuratum sit. ff.l.5.§ si filiusfam.

Si bonæ fidei contractus sit. ff.l.36.

Si dos uel pignus datum sit ff.l.36.

Si depositum sit, & quid dolo domini uel patris factum.ff.l.5.in prin.

Si precariò concessum sit.ff.l.5 § j.

Si filius duumuir pupillo rem saluam fore caueri non curauit.ff.l.3 § fin.

Si causa pœnalis sit.ff.lib.50.tt.17.l.58.

Si furtum fecit uel res amouit.ff.l.3 § ex furtiua.

4 *Ex antecedentibus.*

Si dominus cum seruo cōtrahi prohibuit. ff.l.29. § fin.l.47.in prin.

5 *Ex consequentibus.*

Si nihil sit in peculio. ff.l.30.in prin.l.38 in prin. l. 50.§ j.lib.42.tt.4.l.7.§ si quis actione.

Si dominus,uel pater recuset de peculio actionē. ff.l.21.§ fin.

Si creditor seruum comparauit.ff.l.27.§ illud quoque.l.47.§ non tantum.

Si creditor domino hæres extiterit.ff.l.29.

Si dominus uel pater creditori hæres extiterit. ff. l.57.in prin.l.50.§ si creditor.

Si semel de peculio actum sit.ff.l.19.in prin.l.30 § is qui semel.§ si annua.l.32.in prin. usq; ad § fin. l.57.§ si actum.l.47.§ si semel. cum § sequente ȷ̄ tt.2.l.j § fin.

Si filius conuentus & condemnatus sit. ff. lib. 9. tt.4.l.35.

III. *Quibus competit hæc actio?*

An fructuario contra proprietarium serui,uel cōtrà: item an domino contra socium competat? ff.l.19.§ fin.l.20.l.37.§ fin.

An uenditori serui contra emptorem competat? ff.l.27.§ illud quoq;.§ sicut.

An emptori serui competat?ff.l.11.§ idem scribit si quis.l.27.§ in uenditorem.l.47.§ non tantum.

An hæredi contra cohæredem cui seruus prælegatus est.ff.l.54.l.58.

Occupantis melior est conditio, uide 3 in prin.capitis.

IIII. *Aduersus quos competit?*

De emptore & uenditore, seu de alio qui alienauit; & eo cui alienatus est seruus. ff. l. 11. §

deniq; Iulianus. uers. nam & quiuis l.27.§ si seruus. l.32 § fin. l.33. l.34. l.37. § seruū. l.47. § si creditor. § fin. tt.2. l.j. § in alienatione. lib.14. tt.4. l.10.

De domino & bonæ fidei possessore. ff. l.j. § fin. l.50. § fin.

De fructuario & proprietario: de duobus bonæ fidei emptoribus, item de marito & uxore seruo in dotem dato. ff l.2. l 19. § j. cum sequent. l.37. § penult. & ult. tt.2. l.j. § usufructu.

De eo cui peculium serui legatum est. ff. tt.2. l. j. § item hæres.

De eo penes quem peculium non est. ff. l.12. l.32. § fin. cum trib. ll. sequentib.

De adrogatore. ff l. 42.

De hæredibus. ff. l.14. l.30. § fin. l.31. l.32. tt.2. l.j. § item hæres. uide ĩ Quid ueniat.

De ipso seruo hærede domini existente. ff. l.3. § j.

De hærede qui præcepto seruo cum peculio hæreditatem restituere iussus est, & eo cui hæreditas restituitur ff. tt.2. l.7. § si præcepto.

De ipso seruo & filio manumisso, uide ĩ Adfinia remedia.

V. *Quid ueniat in hac actione?*

Quatenus peculium patitur. Inst. § præterea. tt.6. § sunt præterea.

Hæres ex doli clausula in id quod ad eum peruenit, tenetur. ff. l.30. § fin. l.31.

Venit etiam in hanc actionem, ut caueat de reliquo soluendo aucto peculio. ff. l. 47. § si semel.

Venit insuper quod in rem patris uersum est. ff. tt.5. l.19. Inst. § præterea. uers. licet enim.

Si cum seruus ad dominum scripsisset se octo aureis emisse, cum decem emerit. ff. l.37 § 1.

Si plures sint domini, creditoribus liberū est uel cum singulis in partes agere, uel cū uno in solidum ff. l.27 § illud quoq;. § si quis cum seruo. usq; ad fin. legis. l.28.

Si plures sint hæredes, unus in solidum conueniri non potest, nisi filius hæres cum quo contractum est. ff. l.30. § j. usq; ad § is qui semel.

¶ *Quæ in peculium connumeranda sint?*

De rebus tam soli quàm mobilibus. ff. l. 6. § in peculio.

De uicarijs, & horum peculio. ff. l.7. § in peculio. l.17. in prin.

De eo quod filius adquisiuit, dū pater fuit apud hostes. ff. lib.38. tt.16. l.15. § fin.

De hæreditate & legato. ff. l.7. § in peculio.

De nominibus debitorum. ff. l.7. § in peculio l.51.

De eo quod seruo furti uel alia actione debetur. ff. l.7. § in peculio.

De eo quod dominus seruo debet. ff. l.7. § in peculio. uers. sed & id.

Si dominus seruo damnum dederit, uel furtū fecerit. ff. l.9. in prin.

Si dominus debitorem serui conuenerit: item si ex serui emptione euictionis nomine duplum est consecutus. ff. l.7. § fin.

Si dominus ab eo qui rem peculiarem subripuit, quid consecutus est, uel consequi potuit. ff. l. 9. § j.

De eo quod conseruus seruo debet. ff. l.7. § fin.

Si conseruus ei damnum dederit, uel furtum fecerit. ff. l.9. in prin.

De eo quod parsimonia sua seruus parauit, uel officio suo meruit sibi donari. ff. l.39.

De eo quod ne esset in peculio dolo domini factum est. ff. l.21. in prin. usq; ad § fin. l.26. l.30. § fin tt.2. l.j. in prin.

De peculio quod est apud socium rei conuenti. ff. l.27. § si quis cum seruo. uers. nec eius.

De castrensi peculio. Inst. lib.2. tt.12. § ex hoc intelligere.

De peculio quod apud actorem qui seruum uendidit, remansit. ff. l.38 § fin.

De reliquis in peculium connumerandis. ff. l.4. l.5. § fin. l.6. l.25. l.23. § in hoc autem. l.37. § seruum. § fin. l.38. in prin. l 49. § quomodo. l.43. l.50. § si creditor. l.55 l.57. in prin. tt 3. l.3. in prin.

¶ *Quæ de peculio deducenda sint?*

De eo quod debetur domino, uel reo conuento ex peculio: & quid quantūq; debiti huius nomine deducendum sit, uel non. Inst. § cum autem quæritur. ff. l.4. § si opem. l.9. § peculium. § nam ut eleganter. § siue autem. usq; ad § item deducendum. l.11. in prin. usq; ad § quod autem deduci. item uers. quoniam non est in peculio. l.19. § j. l.38. § fin. l.47 § si seruus. l.49. § j. l.52. § nam etsi Titij. l.56. lib.13. tt.5. l 19. § fin. l.20.

An & quatenus seruus domino, uel dominus seruo debere dicatur. ff. l.41.

AN DOMINVS ID QVOD *sibi debetur à seruo, deducere de peculio poßit.*

DISTINGVITVR SEQVENTIBVS *modis:*

Si dominus aliunde cōsequi potuit. ff. l.11. § quod autem deduci.

Si dominus semel, quod sibi debetur, deduxit. ff. l.11. § est autem quæstionis.

Si uenditor serui conueniatur, an deducere possit. ff. l.11 § deniq; Iulianus scribit.

Si emptor serui qui de peculio actionem contra uenditorem habet, conueniatur. ff. l. 11. § idem scribit si quis seruum.

Si pupillus tutelæ iudicio uel alius priuilegiatus de peculio agat. ff. l.52.

Si dotis nomine ex promissione ad liberandum agatur. ff. l.38. § j.

Si hæres domini uel patris conueniatur, an quod sibi debetur, deducere possit. ff. l 9. § sed & creditor.

Si is qui debitorem suum arrogauit, cōueniatur. ff. lib 33. tt.8. l.7.

Deducitur insuper ex peculio, si dominus serui nomine obligatus est, uel quid eius nomine præstitit. ff. l.9. § item deducetur. usq; ad fin. legis. l.10. l.11. in prin l.22 l.23 lib.14. tt.4. l.12.

De eo quod debetur ijs qui sunt in potestate domini. Inst. § cum autem quæritur. ff. l.9. § huic.

De eo quod debetur ijs qui sunt in tutela uel cura domini uel patris, uel quorum negocia administrat. ff. l.9. § præterea id.

De eo quod debetur socio domini. ff. l. 11. § fin. l.16. l.51. lib.14. tt.4. l.3. in prin.

De eo quod debetur non socijs. ff. l.14. l.15.

De eo

De eo quod debetur cohæredi conuenti. ff. l. 14.

De eo quod debetur emptori serui uenditore cõuenito, uel contra: itẽ proprietario usufructuario conuento, uel contrà, &c. ff. l. 13. l. 14. l. 15.

De eo quod debetur seruo ordinario à uicario, uel contrà. ff. l. 17. § fin. lib. 14. tt. 4. l. 5 § 1.

De eo quod debet uicarius, an ex peculio ordinarij deducendum, uel contrà? Inst. § præterea. uers. aliquando. ff. l. 17 in prin. l. 38. § Stichus.

De eo quod seruus ante aditam hæreditatem ex bonis hæreditarijs amouit, consumpsit, corrupit. ff. l. 27. § 1.

VI. *Quamdiu competit?*

ff. lib. 15. tt. 2.

ANNALIS EST ACTIO.

1 *Ratio cur sit annalis*

l. 1. § meritò.

2 *A quo tempore annus computandus.*

Ab eo tẽpore, quo filius uel seruus mortuus est. l. 1. in prin. § alienatio. § fin tt. 3. l. 27. § cum Sticho. l. 19. § fin C lib 4. tt. 28 l. 5.

Vel emancipatus aut manumissus. l. 1. in prin § 1. § alienatio.

Vel alio modo sui iuris effectus. l. 1. § sed etsi morte.

Vel alienatus. l. 1. in pri. § alienatio § in alienatione § item hæres 3 tt. 3. l. 27. § in uenditorem.

Vel usus fructus eius extinctus, tunc usufructuarius post annum non tenetur. l. 1. § usufructu.

Si seruus apud hostes sit. l. 1 § fin.

Si ex causa redhibitionis, uel alia tẽporaria actio ne agatur. l. 2. in prin.

Annus utilis computatur. l. 1 § annus.

Quo primùm ea de re experiundi potestas est. l. 1. in prin.

Quo tempore conditio obligationis extiterit. l. 1. § annus.

Si pupillus uel alius priuilegiatus agat, cæterorũ creditorum actio est inhibenda. 3 tt. 3. l. 52.

VII. *Euentus huius actionis.*

Si actum sit cum emptore, an & quatenus regressum habeat ad uenditorem. ff. l. 37. § seruum.

Si cum uenditore actum sit, an habeat regressum ad emptorem. ff. l. 43.

Si socius conuentus & condemnatus soluit, cum socio habet actionem pro socio uel communi diuidundo. ff. l. 27. § fin.

Si maritus serui dotalis nomine quid præstitit, an in dotis actione deducere possit? ff. l. 19. § sed In marito.

VIII. *Adfinia remedia.*

De in rem uerso. Inst § præterea. uers. licet enim. C. lib. 4. tt. 26. l. 7.

Pro socio & communi diuidundo. ff. l. 19. § fin. l. 20.

Ad exhibendum & rei uindicatio. ff. l. 38. in prin. l. 52. § plane.

Deductio debiti si conuenietur. ff. l. 11. § idem scribit si quis seruum. l. 47. § non tantum.

Actio aduersus ipsum filiumfamiliâs uel seruum manumissum. ff. l. 44. l. 45. tt. 2. l. 1. § item hæres.

Misso in possessionem rei seruãdæ causa, si reus latitet. ff. l. 50. in prin.

DE IN REM VERSO.

Inst. lib. 4. tt. 7. ff. lib. 15. tt. 3. Cap. 6.

I. *Ratio & usus huius actionis.*

Inst. § præterea. ff. l. 1. § 1.

II. *Causa ex qua datur.*

Si quid cum seruo uel filiofamiliâs contractum uel gestum sit, idq; in rẽ domini uel patris uersum. Inst. § præterea. ff. l. 1. in prin.

Declaratur quid sit in rem uersum. Inst. § præterea. uers. in rem. ff. l. 3. § 1. cum sequentib.

DISTINGVITVR:

1 *Ex locis seu contingentibus ei quod contractum uel gestum est.*

Si cum ancilla uel filiafamiliâs gestum est. ff. tt. 1. l. 27 § 1.

Si cum libero homine gestum est. C. lib. 4. tt. 26. l. 7. § fin.

Si uoluntate domini emit seruus. ff. l. 5. § quod seruus.

Si nõ hoc animo gessit seruus, ut in rem domini uerteretur. ff. l. 7. § idem ait.

Si pecuniariter mutuatus est seruus, uel in peculium. ff. l. 5. § 1. uers. siue peculiariter. l. 5. § fin.

Si cùm seruus pupilli crederetur, tutor subscripsit, & stipulatio in personam eius est translata. ff. l. 20. § fin.

Si seruus hæreditatem domini inutiliter uendiderit, eamq; dominus postea uindicauerit. ff. l. 7. § idem ait.

Si seruo argẽtum quis dederit ut pocula faceret, & factis poculis seruus decesserit. ff. l. 7. § illud uerum.

Si in rem domini non sit uersum. ff. l. 3. § sed si sic.

Si res, antequam in rem domini uerteretur, perijt, uel corrupta sit. ff. l. 3. § unde rectè dicitur, cum § sequente. item § si mutuatus. l. 17. in prin. l. 16. § fin.

3 *Ex specie & modo quo in rem domini uersum est, & reliquis contingentibus.*

Si seruus pecuniam acceptam dominico creditori soluit. Inst. § præterea. uers in rem autem. ff. l. 5. § 1. Distinguitur: Si non uero creditori soluit. ff. l. 3. § 1. uers. sed etsi.

Si peculiari creditori soluit. ff. l. 7. § 1. l. 11.

Si non soluit pro patre, sed constituit tantum se soluturum. ff l. 15.

Si numos acceptos alij credidit. ff. l. 3 § itẽ Labeo.

Si in non necessarias res uertit. ff. l. 3. § sed si mutua. § nec non illud. l. 5. in prin.

Si odores & unguenta empta in funus, quod ad dominũ pertinet, erogauit ff. l. 7. § illud plane.

Si in peculium serui uersa est. ff. l. 3. § 1 uers. siue peculiariter. l. 5. § fin. l. 6. l. 7. in prin. l. 17. § cum Sticho.

Si filiusfamiliâs pecuniam mutuatus, eã pro filia sua uel sorore in dotem dedit, uel seruus pro filia domini. ff. l. 7. § fin. l 8. l. 9.

Si seruus uel filius filia'ue pecuniam dedit ut se aleret, uestiret ac tueretur ff. l 3. § proinde si seruus. l. 19. l. 20. in prin. l. 21.

Si togam, quam filius emit, pater putans eam suã esse, in funus filij dedicauit. ff. l. 19.

Si do-

Si domini debitor seruus existens, ei pecuniã soluit. ff. l. 10. § si domini.
Si seruus domino ut manumitteretur, pecuniam dedit. ff. l. 3. l. 2. in priu.
Si dominus antea seruo pecuniam dedit, ut eam rem compararet. ff. l. 16.
Si cum duo rei essent, pater & filius, filius suo nomine soluit. Item:
Si cum filio iussu patris creditum esset, filius creditum soluit. ff. l. 10 § fin.
Si filius pro patre fideiusserit, & ob id soluerit. ff. l. 10. in priu.
Si quod pater debebat, fili⁹ promisit & soluit. ff. l. 10. § 1. l. 15.
Si filius defensor patris iudicium susceperit, sitq; ex ea causa condemnatus. ff. l. 10. in prin. item uers. et si de peculio.
Si pater per errorem in rem suam uertit, putans rem suam esse. ff. l. 19.

3 *Ex consequentibus.*

Si semel actum sit. ff. l. 4. tt. 1. l. 32. in prin. tt. 2. l. 1. § fin.
Si de peculio actum sit. ff. l. 1. § fin.
Si dominus non habuerit ratum. ff. l. 5 § 1.
Si non duret uersum, sed sit seruo à domino solutum ff. l. 10. § uersum.
Si tantundem dominus seruo donauit, quantum soluit. ff. l. 10. § si domini. uers. plus dicit.
Si seruus postea debitor domini factus sit. ff. l. 10. § si domini § idem quæritur. § item quærit.
Si res perijt uel corrupta sit, uide § uers. Si res antequam. cap. eod.

III. *Quibus datur hæc actio?*

De fideiussore pro seruo. ff. l. 18.
Si seruus pecuniam mutuam accepit ad uestem comparandam, eaq; pecunia perijt: utrum creditori an uenditori hæc actio detur. ff. l. 3. § si mutuatus.
Occupantis melior est conditio. ff. l. 4.

IIII. *Aduersus quos datur.*

De hæredibus. ff. tt. 1. l. 30. § 1. C. lib. 4. tt. 26. l. 7.
De ipso seruo hærede existente. ff. tt. 1. l. 3. § 1.
De socio eius, in cuius rem uersum est. ff. l. 13. l. 14.

V. *Quid ueniat in hac actione?*

Totum quod in rem eius uersum est. Inst. § præterea.
Si pars uersa sit, de parte actio est Inst. § præterea. uers. itaq; si ex decem. ff. l. 10. § in rem.
Si de peculio actionem pro patre filius susceperit, usq; ad quantitatem peculij tenetur pater. ff. l. 10. § idem tractat.
Si fundus patri emptus, pluris uel minoris dignus sit quàm est emptus. ff. l. 11.
Si res non necessarias emerit seruus. ff. l. 5. in prin.
Si domini debitor fuerit seruus. ff. l. 10. § si domini.
De deducendo debito domini. ff. l. 16. l. 17. § fin.
De usuris. ff. l. 10. § in rem uersum. lib. 22. tt. 1. l. 6.
Hæres unus ex pluribus pro sua parte tenetur. ff. tt. 1. l. 30. § 1.

VI. *Quando & quamdiu competit?*

Si filius quasi defensor patris iudicium suscepit: etiam ante condemnationem agi potest. ff. l. 10. § idem tractat.
Si filius constituit se pro patre soluturum antequam soluerit, agi non potest. ff. l. 15.
Perpetua est actio. Inst. § 1. uers. de in rem uerso. C. lib. 4. tt. 26. l. 7.
Si id quod uicarius accepit, in ordinarij peculiũ sit uersum: actio post mortem ordinarii annalis est. ff. l. 17. § fin.

VII. *Adfinia remedia.*

De peculio actio. Inst. § præterea. uers. itaq; si ex decem. ff. l. 1. in prin. l. 5. § quod seruus. l. 17. § fin. l. 18. l. 19. § fin. C. lib. 4. tt. 26. l. 7.
Quod iussu. ff. l. 5. § quod seruus.
Negociorum gestorum. ff. l. 10. § in rem uersum.
De dolo actio. ff. l. 10. § uersum autem.
Ex empto actio. ff. l. 7. § idem ait.
Directo etiam patri uel domino condici potest. Inst. § fin.

QVOD IVSSV.
Inst. lib. 4. tt. 7. ff. lib. 15. tt. 4. Cap. 7.

I. *Ratio huius actionis.*

ff. l. 1. in prin.

II. *Causa ex qua datur.*

Si seruus uel filius iussu domini uel patris contraxit. Inst. § si igitur iussu.

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona iubentis.*

Si pupillus iussit. ff. l. 1. § si pupillus.
Si non dominus iussit. ff. l. 2. § fin.
Si fructuarius, uel is cui bona fide seruit, iussit. ff. l. 3. § iussu.
Si curator uel procurator domini iussit. ff. l. 1. § fin.
Si tutor iussit. ff. l. 2. in prin.
Si is qui administrationi rerum ciuitatis præpositus est, cũ seruo ciuitatis contrahi iussit. ff. l. 4.

2 *Ex re quam iussit.*

Si generaliter cum seruo suo negocia suo periculo geri iussit. ff. l. 1. § 1. C. lib. 4. tt. 26. l. 13.
Si ut ancillæ uel filiæ crederetur iussit. ff. l. 3. § 1.
Si ut seruo alieno crederetur iussit. ff. l. 2. § fin.
Si pecuniam quam mutuam accepit, filio uel seruo suo numerari iussit. ff. l. 5. in prin.

3 *Ex specie & modo quo iussit.*

Si testato uel per epistolam uel per nuncium iussit. ff. l. 1. § 1.
Si mandauit. ff. l. 1. § sed et si manda. C. lib. 4. tt. 26. l. 9.
Si serui chirographo subscripsit. ff. l. 1. § sed et si serui.
Si pro seruo fideiussit. ff. l. 1. § quid ergo. C. lib. 4. tt. 26. l. 9.
Si seruum uel alium cõmendauit. C. lib. 4. tt. 26. l. 13.
Si ratum habuit. ff. l. 1. § si ratum.

4 *Ex consequentibus.*

Si iussum reuocauit. ff. l. 1. § sed ego quæro.
Si de peculio actum sit. ff. lib. 14. tt. 5. l. 4. § fin.

III. *Aduersus quos datur hæc actio?*

De socio iubentis. ff. l. 5. § fin. tt. 3. l. 13.

IIII. *Quid ueniat in hac actione?*

In solidũ tenetur dominus, uel pater. Inst. § si igitur iussu. ff. l. 1. in prin.

De pi-

De pignore quod seruus pro obligatione dedit, non iubente domino. ff.l.3.
De usuris. C.lib.4.tt.26 l.9.
Si duo iusserint, cum singulis in sōlidū actio est. ff.l.5.§ fin.

V. Quamdiu competit?

Perpetua est. C.lib.4.tt.26.l.5

Si iubente ordinario uicario creditum est, post mortem ordinarij annalis est actio. ff.tt.5.l.17.§ cum Sticho. uers. sicuti.

VI. Adfinia remedia.

Directo quoq; patri uel domino condici potest. Inst.§ fin.
De peculio, & de in rem uerso. Inst.§ cæterùm dubium. C.lib.4.tt.26.l.3.l.13.

FINIS LIBRI VICESIMI PRIMI, & Quintæ partis.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS SEXTA, DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS EX MALEFICIO descendentibus:

AD D. IOANNEM A GLAVBVRG, PATRICIVM FRANCOFVRDANVM, *Nicolai Vigelij de Practica iuris ciuilis* PRAEFATIO.



EDICANDIS libellis soleo studijs meis quęrere amicos ac Mecœnates, nec omni ope tādē destituātur. Verùm ne dū nouos quęro amicos, ueteres diutino silētio amittā (multas enim silentiū diremit amicitias:) ad te, uir clarissime, mihi oratio est cōuertenda. Contracta enim est aliquādo inter nos amicitia (quod incredibile uidetur) contendendo, dum me Practicā fori oppugnāte, tu eā aduersus me defenderes. Quoniam autem iam in meo solo sum, nec quisquam mihi nūc audet obstrepere, liberè quid de uera Iuris ciuilis Practica sentiam, recēsebo. Iuris igitur ciuilis Practica (ut mihi quidem uidetur) in duobus potissimùm cōsistit: in cōsultatione nimirū, & iudicio. quorum utrunq; circa causam in iudiciū deductam uersatur. Causæ autē istiusmodi partes solent esse, causa agēdi, causa excipiēdi, causa replicādi, causa duplicādi, &c. quę nihil aliud sunt quàm argumēta, quib. uel actor uel reus id quod intendit, conatur probare. Circa istas aūt partes singulas & cōsultatio uersatur, & iudiciū. Nam consultat actor, ex qua causa agere, & quā actionē intentare uelit: consultat reus, ex qua causa aduersus actionē uelit excipere: actor rursus, ex qua causa cōtra exceptionē uelit replicare: & sic deinceps. Subsegē postea iudicium, quod circa easdem partes uersatur, sed alio modo. Nā qui cōsultat, deliberat quę actio, uel quę exceptio, uel quę replicatio sit proponēda: qui uerò iudicat, de actione & exceptiōe proposita cognoscit utrū iusta sit, necne: & utrū satis, necne sit probata. Cōsultatio igitur de futuris est, iudiciū de pręsentibus. Ad cōsultationē tria requiruntur: nimirū, ut & ius norit is qui cōsultat, & factum nō ignoret, & ius factumq; inter sese cōferat. Nā qui consultat ex qua causa agere, & quam actionē intentare uelit, ei necesse est cōsiderare, quod sit genus causæ propositę: itē quo iure, & quę actio ex isto genere competat. qui consultat de exceptione aduersus actionē opponenda, ei necesse est scire ius & factum ex quo agitur: itē quæ sint eius iuris distinctiones, & num aliqua istarū distinctionum facto insit. Similiter qui replicaturus est, ei est necesse ut sciat ex qua causa & quo iure excipiatur, quę sint eius iuris distinctiones, & nū aliqua istarū distinctionū causę exceptionis insit, &c. Quibus cognitis, & inter te collatis, facilè ex qua causa agēdū, excipiendū, replicandū sit, apparebit. Sed & illud cōsiderandū est ei qui exceptionē quęrit, nū uel ius uel factū ex quo agitur, negari possit: itē ei qui replicationē quęrit, cōsiderandū est, nū uel ius uel factū ex quo excipitur negari possit, &c. Nā si potest negari, de distinctione cōsultare nō est opus. De actione aūt & exce-

ptione

ptione proposita ita iudicandũ est. Redigẽda est ea in syllogismũ: & utrum ambę propositiones uerę sint, necne, uidẽdũ. Quòd si maior propositio uera est, actio ista uel exceptio ipso iure iusta est iudicanda: quoniã maior propositio ius actionis & exceptionis solet continere: sin autem maior uera nõ est, actio uel exceptio ista ipso iure nulla iudicanda est, & ante quàm aduersarius ad eã respõderit, reijci potest. Quòd si minor propositio uel cõfessione aduersarij, uel ponẽdis probatione uera est, ista actio uel exceptio de facto subsistere est existimãda: quoniam minor factũ cõtinet. Itaq; si ambę propositiões uerę inueniũtur: actio ista uel exceptio tã de iure quàm de facto subsistere credẽda est, ad quã confutandã omnimodo opus sit distinctione, quę & iure subsistat, & causę insit, alioqui pro ista actione uel exceptione pronũciandũ: quod similiter de replicatione, duplicatiõe, & triplicatione est intelligẽdũ. Sed & de tota causa ita iudicari debet. Actio in syllogismum erit redigenda: postea quid ad eã reus excipiendo respõdeat, attendẽdum: qui aut negando aut distinguẽdo respondebit. Quòd si maiorẽ propositionẽ negauerit, de iure controuersia erit: sin minorẽ negauerit, de facto erit contentio: sin uerò distinguet, ista distinctio uel exceptio rei cõueti similiter in syllogismũ erit redigenda, & quid ad eam actor replicãdo responderit, attendendũ: qui si negauerit istius exceptionis maiorẽ propositionem, de iure: sin minorẽ, de facto lis orietur. Sin rursus distinguet, ista replicatio etiã in syllogismum redigẽda erit, & ad duplicationẽ rei conuenti erit procedẽdum: qui si negando ad replicatiõnem respõdebit, de ea lis orietur: sin rursus distinguet, ulterius eo quo dixi modo procedẽdũ erit eò usq;, donec alteruter ad id quod ab altero propositũ est, nõ distinguendo, sed negãdo respondeat: nã in eo causa & status totius negocij consistet. Ita indagandũ erit iudici, utrũ in actione, an in exceptione, an in replicatiõe, &c. cõtrouersia sit: & utrũ de iure, an de facto eius contẽdatur. Quo cognito, ad probationẽ eius de quo disceptatur, erit procedendũ, & affirmãti probatio iniungenda, nisi malit aduersario deferre iusiurãdum. Quòd si de iure controuersia sit, probantẽ non aliter audiet iudex, nisi uel certa lege uel cõsuetudine probet id de quo quęritur, aut certa adferat argumẽta legi uel consuetudini subnixa, quę argumenta in argumentationũ formas rediget, & sic de illis iudicabit: nec si cõtrouersia de iure sit, causam in personis & tẽporib. cõsiderabit, sed in genere uniuerso, cũ nec iura in singulas personas, sed generaliter cõstituantur: sin de facto sit controuersia, quibus probationibus is cui probandi onus incũbit utatur, attendet, testesq; si qui producẽtur, ipse audiet. Sic enim magis scire poterit quid aut credat, aut parũ probatũ sibi opinetur. Nã in facti quęstione concessum est iudici, sequi motũ animi sui, & opinionem. Hanc & consultandi & iudicandi rationem longè optimã & certissimam puto, & ad lites legitimo tempore expediẽdas nõ incommodã. Quanquã eius nunc à nostris practicis prima negãtur principia, quæ sunt:

1 Omnem causam ex qua uel agitur uel excipitur, argumentum esse.
2 Et propterea in nudam propositionem contrahi posse.
3 Melius de actione & exceptione iudicari non posse, quàm si in syllogismũ uel enthymema redigatur.
4 Apertius ad actionẽ & exceptionẽ propositam ab aduersario responderi non posse, quàm aut negando uel ius uel factum propositum, aut distinguendo.
5 Vnum in omni causa esse, in quo tota cõsistat cõtrouersia, quem Statũ causæ uocant.
6 Eumq; aut iuris esse, aut facti.
7 Causam nõ in personis, nec tẽporibus, sed in genere uniuerso à iudice esse considerandam.

Hæc quidem prima disputãdi & practicæ forẽsis principia sunt: at nostris practicis sunt paradoxa. Proinde minimè mirãdũ, quòd in una causa quæ uel una die expediri posset, triginta procedatur annis. Nec enim is qui nõ credit, bis duo esse quatuor, ter tria nouẽ, quatuor dẽptis ex duodecim remanere octo, &c. rationibus in

bus intricatis supputãdo se extricabit unquam Viderunt quidem maiores nostri ueritatis orationem esse simplicem: & eloquentiã iudicis motum aucupari, rationem subuertere. Ideoq; articulatas disputatiões quib. ad huc hodie utimur, ob breuitatem in iudicia introduxerunt, uerbosam & fucatam eloquentiam expulerũt: quemadmodum & Athenis olim oratores affectus mouere prohibiti sunt, & Romanis artificiosa eloquẽtia suspecta & inuisa fuit semper, ut ex ipso Cicerone intelligere licet: uerũ tamẽ istis articulatis disputationib. nõ sunt assecuti quod uoluerunt. Nam cum actor actionem suam triginta proponit articulis, reus singulariter singulis respondet: & uicissim articulos defensionales exhibet, quibus actor rursus singulariter singulis respondet, uterq; suos articulos nõ creditos probat: intricatum fit negocium, ex quo se iudex extricare nõ potest: quia illud unum in quo tota consistit controuersia, & quo resoluto tota controuersia dirigitur, hoc est statum causæ non potest uidere. Proinde incerta ista qui conantur ratione certa facere: nihilo plus agunt quàm si dent operã ut cum ratione insaniãt. Hæc ad te, uir clarissime, in sextam Methodi meę partem uolui præfari, nõ quidem ut tecum seriò contenderem, absit: sed ne amicitia nostra diutino silentio interiret. De practica autẽ potius quàm de alia re dicere uolui, quòd tota uis Iurisprudẽtię in Methodo & praxi consistere mihi uideatur. hoc est, si & iuris cognitionem habeamus, & ius cognitum ad usum & negocia hominum sciamus accommodare. Proinde & de Praxi aliàs quoq; scripsi, & aliquando (Deo uolente) scribam maiore cum diligentia. Tu interim uale, & me quod facis ama.

DE QVATVOR MALEFICIORVM GENERIBVS, CVM SVIS actionibus.

Liber uicesimussecundus.

DE POENALIBVS ACTIONIBUS in genere. ff. lib. 47. tt. 1. Cap. 1.

I. *Causæ ex quibus competunt.*

Ex delicto uel maleficio nascuntur, ueluti ex furto, ex rapina: ex damno, ex iniuria. Inst. lib. 4. tt. 1. in prin. uers. Sed illæ quidem. ff. lib. 44. tt. 7. l. 4. in prin. Distinguitur:

1. *Ex persona delinquentis, & eius aduersus quem delinquit.*

De minoribus ętate. ff. lib. 44. tt. 7. l. 45. lib. 50. tt. 17. l. 108. l. 111.

De impubere. ff. libro 47. tt. 2. l. 23. libro 50. tt. 17. l. 111.

Si pupillus uel furiosus delinquat, uel aduersus eum delinquatur. ff. libro 44. tt. 7. l. 23. l. 45.

De filiofamiliâs & seruo, uide Aduersus quos. cap. eod.

Si filius aduersus patrem, uel pater aduersus filiũ delinquat, uel dominus aduersus seruum, &c. uide 3 lib. 15. huius Methodi, cap. 3. de Actionibus, membr. 6. Aduersus quos.

2. *Ex causa & modo facti.*

Si imprudentia & sine dolo deliquit. ff lib. 49. tt. 2. l. 55. in prin. lib. 50. tt. 17. l. 108.

Si iussu patris, domini, uel alterius cui parêre necesse est, deliquerit. ff. lib. 3. tt. 2. l. 11. § fin. uide insuper 3 lib. 3. huius Methodi, De publicis iudicijs

Si iussu iudicis fecit. ff. lib. 50. tt. 17. l. 127. § fin.

De reliquis uide 3 lib. 15. huius Methodi. cap. 3. de actionib. membr. 4.

3 *Ex reliquis contingentibus.*

Si & actor aduersus eum deliquerit. ff. l. 197.

Si reus capite fuerit deminutus. ff. lib. 4. tt. 5. l. 2. § nemo. l. 7. § iniuriarum.

Si eo nomine actum fit. Inst. lib. 4. tt. 9. § fin. ff. l. 2. lib. 44. tt. 7. l. 52. l. 59. lib. 50. tt. 17. l. 172.

II. *Quibus competunt.*

De hæredibus. Inst. lib. 14. tt. 12. § non autem omnes. ff. l. 3. § hæredes autem.

III. *Aduersus quos competunt.*

De hæredibus. uide 3 lib. 15. huius Methodi, cap. 3. de actionibus. membr. 6. uers. Si ex maleficijs pœnalis sit actio.

De patre filij delinquentis. ff. libro 50. tt. 17. l. 58.

De ipso filiofamiliâs delinquente. ff. lib. 44. tt. 7. l. 38.

De seruo delinquente. ff. lib. 44. tt. 7. l. 13. in prin.

De domino serui delinquentis, uide 3 lib. prox. de noxalib. actionibus.

De marito uxoris delinquentis. ff. lib. 3. tt. 16. l. 4. § proficisci.

IIII. *Quid & quantum ueniat in hisce actionibus.*

Nunquam ex post facto crescit præteriti delicti æstimatio. ff. lib. 50. tt. 17. l. 80. § fin.

V. *Adiuncta officia actoris & iudicis.*

An actor in crimen subscribere debeat ? ff. l. 1.

In pœnalibus causis benignius interpretandum est. ff. lib. 48. tt. 19. l. 42. lib. 50. tt. 17. l. 197. § fin.

DE FVRTIS.

Inst. lib. 4 tt. 1. ff lib. 47. tt. 2.
C. lib. 6. tt. 2.

Cap. 2.

I. *Definitio furti.*

Inst. § 1. ff. l. 1 § fin.

II. *Ratio nominis, seu Etymologia furti.*

Inst § 1. uers. furtum autem.

III. *Diuisiones & genera furtorum.*

1 Diuiditur furtum in manifestum, & nec manifestum Inst § furtorum autem. ff. l. 2.

Definitio & species furti manifesti. Inst. § furtorū autem. ff. l. 3. cum quatuor ll. sequentibus. l. 21. in prin. l. 34. l. 82. § cum raptor. lib. 22. tt. 3. l. 24. § fin.

Definitio furti nec manifesti. Inst. § nec manifestū. ff. l. 8. l. 22. in prin. l. 34 l. 54. C. l. 19.

2 Diuiditur furtum in conceptum & oblatum. item referuntur actiones furti concepti & oblati, prohibiti & non exhibiti obsoletæ. Inst. § furtorum autem. § conceptum furtum. usque ad § pœna manifesti.

IIII. *Species furti, & causæ ex quibus furti actio competit.*

Si quis rem alienam inuito domino contrectat. Inst. § furtum autem fit. ff. l. 41. uide definitionē furti.

Si ui rapuit. ff. l. 82. § cum raptor. tt 8. l. j. lib. 4 tt. 2. l. 14. § qui uim.

Si quis aliquem de fundo suo deiecit. ff. l. 25. in prin.

Si seruus uel ancilla fugit, sui furtum facit. ff. l. 62. C. lib. 6. tt. j. l. j.

Si usum alienæ rei in suum lucrū cōuertit. ff. l. 56. § eum qui.

Si numos alienos in solutum dat. ff. lib. 46. tt. 3. l. 78.

Si creditor pignore, uel depositarius re deposita utatur. Inst. § furtum autem. ff. l. 56. in prin.

Si fullo uel sarcinator uestimentis utatur. ff. l. 84. in prin.

Si quis rem quam utendam accepit, uel commodatā, in alium usum trāsferat. Inst. § furtum autem fit. usque ad § unde illud quæsitum. ff. l. 41. l. 71. in prin.

Si rem sibi commodatam alij commodauerit. ff. l. 56. § eum qui.

Si pecuniam quam perferendam accepit, intercipiat, uel non numeret. ff. l. 44. § falsus. C. l. 7.

Si pecuniam quasi meo nomine solutnrus accipiat, & suo nomine soluat. ff. l. 52. § Iulianus. uel intercipiat. ff. lib. 9. tt. 4. l. 38. § fin.

Si seruum, quem nutriendū susceperat, uendat. C. l. 16.

Si creditor citra conuentionem rem pignori adstatam uendat. ff. l. 75.

Si creditor soluto debito pignus non reddit. ff. l. 52. § cum creditorem.

Si fructuarius celandæ uel supprimendę proprietatis causa aliquid fecit. ff. l. 47. § hoc amplius.

Si colonus post lustrum conductionis anno amplius fructus percepit. ff. l. 69. § fin.

Si depositum abnegat, infitiatur, & pro suo habere destinauerit. ff. l. j. § sola. l. 69. in prin.

Si de furto faciendo cogitauerit, dixerit, uel scripserit. ff. l. j. § sola. l. 52. § neque uerbo.

Si furti faciendi causa conclaue intrauerit. ff. l. 21. § qui furti. tt. 11. l. 7. in prin. uers. item qui dire.

Si rem alienam sciens comparat. C. l. 13 § fin.

Si alienum quid iacens sustulit. ff. l. 44. § qui alienum.

Si indebitum sciens accepit uel delegauit. ff. l. 44. § si is qui. lib. 13 tt. j. l. 18. in prin. lib. 46. tt. 3. l. 38. § debitorem.

Si rem alienam simulans suam esse ab aliquo accipiat. ff. l. 52 § si fugitiuum. l. 43. § 1.

Si tributorum exactor, cum nihil deberetur, uel debitum offerretur, ancillam abduxit. C. l. 8.

Si is qui saccum uiginti aureorum deposuit, aliū saccum triginta aureorum sciens ab ignorante recipiat ff. l. 21. § si is qui.

Si quis simulans se creditorem, debitum accipiat. ff. l. 44. in prin. l. 33. § apud Labeonem. l. 81. § falsus. uers. quod æque.

Si falsus procurator pecuniam à debitore accepit. ff. l. 44. § falsus. l. 43. in prin. l. 82. § falsus autem. lib. 46. tt. 3. l. 18. § fin. l. 38. § si debitorem. C. l. 19. Distinguitur. Si creditor ratum habuit. ff. l. 81. § si Titius. Si promissum tantum sit falso procuratori. ff. l. 77. Si seruus exigendis pecunijs præpositus post manumissionem, uel tutor post pubertatem exigat. ff. l. 68. § Iulianus.

Si seruus liberum, uel filiusfamiliās patrem familiās se simulat, ut sibi credatur. ff. l. 52. § seruus qui.

Si quis non quidem in sua persona mentitus est sed uerbis fraudem adhibuit, ut sibi credatur: ut puta, si dixit se locupletem, fideiussores se daturum, pecuniam confestim soluturum, &c. ff. l. 44. § si quis nihil. l. 52. § cum Titio.

Si cum Titio honesto uiro pecuniā credere uellē, tu alium Titium egenum subieceris, & numos acceptos cum eo diuiseris. ff. leg. 52. § cum Titio.

Si quis idoneum eum esse affirmauit, cui mutuæ pecunia datur. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. § fin. l. 8. lib. 17. tt. 1. l. 42.

Si commendaueris mihi Titium, quasi idoneum cui credatur, & deinde alium quasi Titium ad ducas cui credam. ff. l. 68. § si tu.

Si cum aurum pignori se dare diceret, æs subiecerit. ff. l. 20. in prin. lib. 13. tt. 7. l. j § fin. l. 34.

Si ad pondus emens maiora pondera ab alio accepta adhibuerit. ff. l. 52. § si maiora. lib. 48. tt. 10. l. 32. lib. 19. tt. j. l. 32.

SI nomen suū ex instrumento emptionis sustulit uel tabulas meas descripserit, uel seruo meo ut id faceret persuasit. ff. l. 52. § si quis seruo.

Si tabu-

Si tabulas & cautiones interleuit. ff. l. 27. § fin. cum quatuor ll. sequentibus. lib. 9. tt. 2. l. 41. § fin.
Si imaginem uel librum deleuit. ff. l. 31. in prin.
Si libellos meos subripuit, & pro tribunali recitauit. ff. l. 74.
Si equum alienum in equas suas captum admisit gigendi gratia. ff. l. 52 § si quis asinum.
Si cretæ fodiendæ causa specum quis fecit, & cretam abstulit, fur est: non quia fodit, sed quia abstulit ff. l. 39.
Si fur aliquid fregit uel rupit, non tamen furti faciendi causa id contrectauit. ff. l. 22.
Si cuius ope & cõsilio furtum factum sit: item si furem celat, non indicat, rem furtiuam suscipit, &c. uide ĩ cap. prox. membr. Aduersus quos.

DISTINCTIONES GENERALES.

1 *Ex persona subripientis rem alienam, & eius cuius res est.*

Si seruus domino uel filiusfamiliâs patri furtum faciat. Inst. § hi qui in. ff. l. 16. l. 17. l. 44. § etiamsi. l. 45. § fin. l. 52 in prin. l. 58. § si res peculi. l. 62. l. 63. in prin. l. 66 l. 69. § cum seruus. tt. 4. l. 1. § hæc autem. C. l. 21. lib. 3. tt. 41. l. 1. § cum tamen.
Si ancilla fugiens partum contrectet. ff. l. 62.
Si liber homo possessori suo subripiat. C. l. 21. § final.
Si is qui testamento liber esse iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem ex hæreditate defuncti aliquid subripuit, uide infra lib. prox. cap. 3.
De furtis domesticis, uide ff. lib. 48. tt. 19. l. 11. § furta domestica.
Si parens filij res subripiat. ff. l. 58 in prin.
Si uitricus uel nouerca res priuigni subripiat. C. l. 3. l. 11.
Si libertus patrono uel cliens uel mercenarius ei qui eum conduxit, furtum faciat. ff. l. 91.
Si uxor mariti res subripiat. ff. l. 52. in prin. tt. 19. l. 5. lib. 25. tt. 2. l. 1. l. 2. C. l. 17. l. 22. § cum autem in confinio. lib. 5. tt. 21. l. 2. uide ĩ lib. prox. cap. Rerum amotarum.
Si tutor uel curator pupillo uel ei cuius curã gerit, furtum faciat. ff. l. 33. uel res eius alienet. ff. l. 58. § qui tutelam uide ĩ lib. 6. De actione tutelæ & rationibus distrahendis.
Si seruus ei cui commodatus est, uel pignori datus, uenditus, uel apud quem depositus est, &c. furtum fecerit. ff. l. 65. § his etiam illud, usque ad § locaui tibi.
Si seruus inemptus factus emptori furtum fecit. ff. l. 69. § cum seruus.
Si seruus furtiuus furti furtum faciat. ff. l. 69. § quod furti.
Si serui commodatarij rem commodatam subripiat. ff l. 55. § quòd si seruus.
Si impubes furtũ fecerit. Inst. § in summa. ff. l. 23. l. 24. l. 92. § fin.
Si nemo sit rei subreptæ dominus uel possessor. ff. l. 44. § qui alienum. tt. 4. l. 1. § Scæuola. tt. 19. l. 6.
Si ei qui apud hostes est, furtũ factum sit. ff. l. 42. in prin.
Si res defuncti subrepta sit, uide paulo inferius, uers. Si res hæreditaria.
Si ciuitati furtum factum sit. ff. l. 82.

2 *Ex re subrepta.*

Si res sacra subrepta sit. C. l. 5.
Si liber homo subreptus sit, utputa filiusfamiliâs. Inst. § interdum etiam. ff. l. 14. § si filiusfamiliâs. l. 38. l. 39. uide ĩ lib. prox. cap. De libero homine exhibendo.
Si seruus subreptus sit. ff. l. 4. l. 6.
Si duo serui inuicem se celauerint. ff. l. 36. § quid ergo.
Si statuliber subreptus sit. ff. l. 53. § fin.
Si apes feras uel feris natas ex alicuius arbore cũ fauo auferat. ff. l. 26. in prin.
Si pauonem mansuetum de domo mea fugientẽ quis auferat. ff. l. 37.
Si res hæreditaria sit subrepta. ff. l. 70. cum duab. ll sequentibus tt. 4. l. 1. § Scæuola. tt. 19. l. 6. uide ĩ lib. prox cap Expilatæ hæreditatis.
Si res quæ domino uel possessore caret subrepta est, uide paulo superius uers. Si nemo sit.
Si res à domino pro derelicto habita subrepta sit. ff. l. 44. § qui alienum. § si quis spontè.
Si rem immobilem ut fundum auferat. ff. l. 25. in prin.
Si fructus stantes auferat. ff. l. 26. § final l. 61 § locaui.
Si arbores, lapides, arenas, fructus, & alia ex fundo tollat. ff. l. 25. § fin.
Si tabulas uel cautiones amouit. ff. l. 27. l. 84. § fin l. 31. lib. 2. tt. 13. l. 10. § fin.
Si rem suam quis subripiat. Inst. § aliquãdo. Subdistinguitur sequentibus modis:
Si rem communem socius subripiat ff. l. 46.
Si debitor pignus subtrahat uel uẽdat. Inst. § aliquãdo. § furti autem. ff. l. 12. § sed si res pignori. l. 19. § fin. l. 73. § locaui. l. 68. in prin. l. 81.
Si creditor pignus subtrahat. ff. l. 57.
Si dominus rei commodatæ eam commodatario auferat. ff. l 15. § dominus. l. 61.
Si seruus commodatoris rem commodatam auferat. ff. l. 55. § 1.
Si dominus rem usufructuario subripiat. ff. l. 15. § dominus. l. 20. § fin.
Si dominus rem suam alteri donatam subripiat. ff. l 53. § fin.
Si emptor rem emptam subripiat. ff. l. 14. § a deò.
Si dominus ei qui bona fide emit rem, subripiat. ff. l. 20. § si bona.
Si rem quæ ei ex causa iudicati debetur, subripiat. ff. lib. 42. tt. 1. l. 6. § qui iudicati.
Si legatarius rem sibi legatam occupauit, uide ĩ lib. prox. cap. Quorum legatorum.
Si dominus furti rem suam subripiat, uel per uim extorqueat. ff. l. 49 § fin.
Si dominus furi precium rei furtiuæ subripiat. ff. l. 49. § fin. l. 53. § si Titius. lib. 9. tt 4. l. 38. § si seruus.

3 *Ex causa & modo facti.*

Non nisi inuito domino contrectauerit, furtum est. Inst. § furtum autem fit. ff. l. 41. l. 49. § qui ex uoluntate. § uetare.
Si uolente domino fecit. Inst. § placuit iam, usque ad § interdum. ff. l. 47. § per contrarium. l. 49. § qui ex uoluntate. C. l. 20.

Si aliena pecunia seruis domini mandantib. prædia comparauit. C.l.3.

Si sciente, & non prohibente domino abstulit. ff. l. 11.

Non factum quæritur, sed causa faciendi. ff. l. 40. in prin.

Si sine dolo malo & sine affectu furandi, non data opera fecit. Inst. § placuit tam. § interdũ quoque § in summa. ff. l. 51. § recte Pedius. lib. 9. tt. 2. l. 41 § fin.

Si putet, se domino uolente uel non inuito facere. Inst. § placuit. ff. l. 47. § rectè dictum. l. 78. in prin.

Si putet rem pro derelicto à domino habitam. ff. l. 44. § qui alienum. § si quis sponté. § si iactum

Si putauit rem suam esse. Inst. li. 4. tt. 1 § ita tamen comp.

Si quòd sua res sit, uel ei debeatur fecit: uide paulo superius, uers. Si rem suam, &c. cum sequent.

Si defunctum putãs aliquem quasi hæres res apprehenderit. ff. l. 85. in prin.

Si rem iacentem tollit, redditurus domino. ff. l. 44. § qui alienum. usq; ad § si quis sponté. § si iactum.

Si libidinis causa ancillam rapit, celat uel supprimit. ff. l. 40. l. 84. § qui ancillam.

Si ideo rem amouet ut alij donet. ff. l. 56. § eum qui.

4 *Ex reliquis contingentibus.*

Si cum aliqua persona quæ furti actione non tenetur, furtum fecit: ut cum uxore res mariti sui subripiente. ff. l. 53. in prin.

Si ei furtum factum sit, apud quem in alea lusum esse dicitur. ff. li. 11. tt. 5. l. 3. in prin. § item notandum. usq; ad § fin.

Si ex domo, in qua nemo erat, rapuit. ff. l. 54.

Si pecora ex pascuis uel armẽtis subtraxit & abegit, uide ĩ lib. prox. De abigeis.

Si ex incendio, ruina, naufragio, &c. rapuit, uide ĩ lib prox. cap. De incendio, ruina.

Si fur ignoret cuius res sit. ff. l. 44. § qui alienum.

Si domini nihil intersit rem subreptam esse. ff. l. 53. § fin.

Si res à domino sit pro derelicto habita, uide š uers. Si res à domino pro, &c.

Si contrectatio non est secuta. ff. l. 53. § neq; uerbo. l. 22. lib. 50. tt. 16. l. 53. § fin. lib. 41. tt. 2. l. 3. § si rem. In fine.

Ex consequentibus furtum factum.

CIRCA REM SVBREPTAM.

Si res subrepta ædibus uel uineis iuncta sit, uide ĩ lib. prox. De tigno iuncto.

Si res extincta sit, uel homo mortuus. ff. l. 47. in prin. l. 51. in prin. C. l. 9.

Si res in hostium potestatem peruenerit. ff. l. 47. in prin.

Si seruus subreptus manumissus sit. ff. l. 47. in prin.

Si res à domino pro derelicto habeatur. ff. l. 47. in prin.

Si res domino reddita sit, uel aliàs in potestatem eius redierit. ff. l. 56. § cum furti. l. 58. § qui furem. l. 67. C. l. 13.

Si furi rem dominus auferat. ff. l. 49. in prin. lib. 9. tt. 4. l. 58. § si seruus.

Circa personam furis.

Si fur sit mortuus. ff. l. 42. § quamdiu. l. 63. § ex his igitur.

Si hostium seruus sit effectus. ff. l. 42. § fin.

Si seruus eius cui furtum fecit, factus sit. ff. l. 18. l. 44 § etiam si partis. l. 66. § & ut maximé. lib. 9. tt 4. l. 37.

Si usumfructum in eo seruo qui furtum fecit, dominus rei habere incipiat. ff. l. 44. § fin.

Circa ipsum furtum factum.

Si reus iurauerit se furtum non fecisse. ff. l. 53. § si quis iurauerit.

Si fimo corrupto aliquem perfuderit cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lac⁹, quid-ue aliud ad iniuriã publicam contaminauerit. l.j.§ fit iniuria.
Si album corrupit. ff.lib.2.tt.j.l.7.l.8.l.9.lib. 48. tt. 10.l.32.in prin.
Si aliquid fecit, quo leues hominum animi superstitione numinis terreantur. ff.lib.48.tt.19. l. 30.
De circulatorib. qui serpentes circũferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est. l. 8.
De concussione, si simulato præsidis iussu concussio interuenit, &c.ff.tt.1.
De scopelismo, hoc est lapidum positione. l. 7. § sunt quædam.
Si Nili aggeres rũpat. ff.l.7.§ fin. C. lib.9.tt.38.l j.
De nõ præcidendis quibusdã arborib nec transferendis, nec excidendis. C.lib.11.tt.77.l.2.
De termino moto, uide ĩ li.20.hui⁹ Methodi.ca.8.
De saccularijs & directarijs. ff.l. 7.in prin.tt.18.l.j. § expilatores.
De effractoribus.ff.tt.18.l. j.§ expilatores.l.2.
De expilatoribus. ff.tt.18.l.j.§ expilatores.
De instrumentis prodirijs.l.7.§ sunt præterea.lib. 48.tt.10.l.j.§ is qui deposuit.
De præuaricatorib. receptoribus, & effractorib. uide ĩ li.j. huius Methodi, De publicis iudicijs in genere.
Comittuntur insuper delicta emendo, uendendo, locãdo, sepeliendo, ad statuas cõfugiendo, &c.

¶ *De confugiendo ad statuas.*

Si quis ad statuas & imagines ad iniuriã alterius confugit. ff.lib.48.tt.19.l.28.§ ad statuas.
Si cuius instinctu seruus ad infamandum dominum ad statuas confugit. l.5.

De sepeliendo & mortuum inferendo.

Si in alienũ locũ mortuũ intulerit. ff. lib.11.tt.7.l.2. § j. usq; ad § nam totus.l.7.l.8.§ in hac autem.
Si in locum publicis usibus destinatum, mortuũ intulit. ff.lib.11.tt.7.l.8.§ si in locum.

De emendo & uendendo.

Si monopolium exercet. C.lib.4.tt.59.l.1.
Si purpuram emerit uel uendiderit. C.lib.11.tt.8.l. 5.lib.4.tt.40.l.j.
Si sericum à barbaris emerit. C.lib.4.tt.40.l.2.
Si publicè mala medicamenta uendiderit. Inst.li. 4.tt.fin.§ sicarij.ff.lib.48.tt.8.l.3.in prin.
De armis non à quolibet fabricandis, nec uendendis. Nouell.c.85.
De armis, & alijs rebus à mercatoribus ad barbaros non transferendis. C.lib.4.tt.63.l.2.tt.41.li. 12. t.45.l.j.
Si illicitas merces uendiderit. ff lib.39.tt 4.l. 11. in prin.§ dominus.usq; ad § fin.C lib 4.tt.61.l.9.
Si non salinarius sal emerit uel uendiderit. C. lib. 4 tt.61.l.11.
De emptione & uenditione quarundam arborũ prohibita. C.lib.11.tt.77.l.j.
Si pater filium uendiderit. C.lib.4.tt.43. ff.lib. 21. tt.2.l.39 § pater.
Si rem religiosam emerit uel uendiderit. C.lib. 9. tt.19.l.j.
Si frumenta publici canonis uendantur à nautis. C.lib.4.tt.40. l.3.l.4.
Si rem alij obligatã, alij alienauerit: uide ĩ ca prox.
Si duobus eandẽ rẽ diuersis tẽporib. uendiderit. ff.lib.48.tt.10.l.21.lib.47.tt.20.l.5.§ ubicunq;.
Si domum uel uillam diruat negociandi causa, & particulatim emat uel uendat. ff.lib.18.tt.j.l. 52.
Si habitatores metrocomiæ loca sui iuris extraneis alienent. C. lib.11.tt.55.l. j.
Si Palatini à priuatis Imperatoris quid emãt. C. lib.4.tt.44.l.18.
Si nominatores ad munera à nominatis quid emant. C. lib.10.tt. 70.l.2.§ fin.,
Si officialis à suis prouincialibus emat. ff.lib.18.tt. j.l.46.l.62.in prin.
Si tutores à pupillis emãt, uide locum De tutela & cura ĩ lib.6.huius Methodi.
Si medicus ab ægroto emat. ff lib.50.tt.13.l.3.
Si dominus seruum fugitiuum, uel alius seruum alienum uel liberum hominem uendiderit. uide ĩ lib.j.huius Methodi De lege Fauia.
Si eunuchos fecerit & uendiderit. C.lib.4.tt. 42. Nouell.c.142.
Si seruus ad bestias uenditus sit. ff.lib.48.tt.8.l.11. § j.
Si non secundum actionis formulam, sed plures merces uendiderit, uel operas locauerit. Nouell.c.122.

De conducendo & alio modo contrahendo.

Si tutor uel curator uel alius deposito officio ante restitutam tutelam uel administrationẽ, uel ante susceptam tutelam, cum fisco contraxit. ff. lib.48.

lib. 48. tt. 10. l. j. § tutores. usq; ad § fin. lib. 19. tt. 2. l. 49.

Si quis militi prædia locauerit. ff. libro 19. tt. 2. l. 50.

De mutuo dando.

Si iudici mutuam dat pecuniam, uel ob honorem consequendum. C. lib. 4. tt. 2. l. 16.

De societate.

Si improbè in alienā litem coierint, ut quidquid condemnatione in rem eius redactum fuerit, inter eos communicaretur. ff. lib. 48. tt. 7. l. 6. tt. 10. l. j. § j.

Si illicita collegia usurpant. ff. lib. 47. tt. 22. l. 3. § fin. Quæ sint illicita collegia, uide 8 lib. 3. Huius Methodi, De quibus & collegiis.

De pignore.

Si quis liberum hominem pignori acceperit. ff. li. 20. tt. 3 l. 5.

Si pater filium pignori dederit, uide paulo superius, uers. Si pater filium.

De pactis.

De pactis mercatorum & artificum, quo pluris uendant, & ne alter opus ab altero cœptum impleat. C. lib. 4 tt. 59. l. j.

Sunt præterea delictorum alia communia, alia propria certarum personarū, utputa magistratus militum, &c. ff. lib 49. tt. 16. l. 2. in prin. De proprijs, uide in suis locis de militib. de magistratu, de clericis, &c.

DE CRIMINE STELLIONATUS. ff. lib. 47. tt. 20. C. lib 9. tt. 34. Cap. 22.

I. *Genus & propria.*

Neq; publicum neque priuatum est iudicium. ff. l. j. tt. u. l. 3. C. l. 3.

Quod in priuatis iudicis est de dolo actio, hoc in criminibus est stellionatus persecutio. ff. l. 3. § stellionatum.

Non infamat. ff. l. 2.

II. *Causæ ex quibus competit.*

Si quid dolo factum est, deficitq; titulus criminis, hoc crimen locum habet. ff. l. 3 § j. § & ut generaliter.

Si rem alij obligatā, dissimulata obligatione alij distraxerit, permurauerit, uel in solutum dederit. ff. l 3. § ubicunq; lib 48. tt. 10. l 21. l. 28. C. l. 1. Vel pignori dederit. ff lib. 20. tt. 5. l. 15. § qui res suas. lib. 22. tt. 4. l. 3. C. l. j l. 4.

Si rem alienam pignori dedit. C. l. 2. ff. l. 4.

Si creditor idem debitum bis exegit, uel ei solutum est. ff. lib. 17. tt. j. l. 29. § in omnibus.

Si peierauit. ff. l. 4.

Si imposturam uel collusionem fecit in necem alterius. ff. l 3. § item si quis.

Si merces suppresssit. ff. l. 3. § fin.

Si merces supposuit, obligatas auertit uel corrupit. ff. l. 3. sed etsi.

III. *Apud quem competit.*

Ad præsidis cognitionem spectat. ff. l. 3. in prin.

IIII. *Quid ueniat, seu de pœna.*

Pœna extraordinaria est. ff. l. 2. l. 3. § pœna.

Pœna opus metalli in plebeijs egredi non debet. ff. l. 3 § pœna.

Si peierauit, dum iurat pignora sua esse ff. l. 4.

FINIS LIBRI VICESIMITERTII, *& Sextæ partis.*

METHODI IVRIS CIVILIS

PARS SEPTIMA, DE CAVSIS QVIBVS IVRA RETINENTVR, AMITTVNtur & recuperantur:

AD D. IOANNEM HEINTZENBERGER, NICOLAI VIGELLI De interpretandis Legibus PRÆFATIO.



ORTVM uideo, uir clarissime, finē q; Operis suscepti, in quo perficiendo plurimum me tua confirmauit cohortatio. Vidi autem in hoc Opere faciendo rempub. legib magistratib. & iudicijs ornatissimam, cuius utinam uel umbrā in rebuspub. nostris haberemus uidi prudētiam ueterum Romanorum in condendis legibus non minorem, quàm in bellis gerēdis fortitudinē: uidi ueterum Iuris interpretum rationem interpretandarū legū à paucis nostra ætate obseruatam. de qua hoc loco, antequam ulterius in Methodo progrediar, pauca mihi ad te libet præfari. Prætor Romanus tale proponit edictū: Pacta conuēta, quę neq; dolo malo, neq; aduersus leges, plebiscita, senatusconsulta, edicta, decreta principū, neq; quo fraus cuiquam eorū fiat, facta erunt seruabo.

aut ſimplex ſit,ut Pactum:aut compoſitum,ut Pactum eſt ſeruandū: euenit,ut du
plicia quoq; legū ſint officia,alia circa ſimplex,alia circa cōpoſitū thema. Illius qui
dem generis ſunt,cum perſona,res uel actio definitur, diuiditur, propria, cauſæ,
effectus,&c. deſignantur:huius autē generis ſunt,cum lex aliqua uel ius aliquod
declaratur,confirmatur, diſtinguitur uel mutatur. Itaq; omnis lex aut ius aliquod
in perſona,re uel actione ſtatuit uel deſignat definiēdo,diuidēdo,propria,cauſas,
effectus enumerando,&c.aut ius alia lege ſtatutū interpretatur confirmādo. de-
clarando,diſtinguendo uel mutando:cuius generis ſpecies nūc explicamus. Illius
autē generis ſpecies mihi uidētur tot eſſe,quot ſunt rerū deſcribendarū loci, de
quib. Dialectici tractāt. In titulo.ff.de capitis deminutione,lex 1.definit capitis de
minutionē.Lex fin.diuidit capitis deminutionē,eiusq; ſpecies enumerat. Lex 3.
cum duab.ll.ſequentibus,uſq; ad § nunc reſpiciendū,cauſas capitis deminutionis
enumerat.Lex 5.§ nunc reſpiciendū, cum duabus ll.ſequentib.uſq; ad § ſi liberta-
te,effectus capitis deminutionis enumerat,& iura quæ per eam ſolēt amitti. Lex
8.cum duab.ll.ſequentibus,item l.2.§ nemo,ſimiliter de effectibus capitis deminu
tionis tractat. Lex 2.§ fin.edictum proponit,quo actiones per capitis deminutio
nem amiſſæ reſtituuntur:proinde & ipſum edictū, euentū capitis deminutionis
deſignat. Lex 2.in prin.item § ij,qui capite.§ nemo.§ ei qui debitorem. item lex 7.
§ ſi libertate.§ fin.cum tribus ll. ſequentibus diſtinctiones ſuperioris edicti tam
iuſtas quàm iniuſtas enumerant, & actionis adfinia remedia. Lex 2.§ fin. actio
nem edicto reſtitutam latius deſcribit. Hęc de officijs legum. Commendatur
autem uel confirmatur lex, cum uel utilitas eius, uel ratio indicatur, uel ar-
gumento quod contrà obijci poteſt, occurritur, & reſpondetur : hæc obliqua,
illa directa eſt cōfirmatio. Sic l. j. § j. ff. nautę, caupones, ſtabularij, &c.
Vlpianus ait : Maxima utilitas eſt huius edicti : quia neceſſe eſt plerunque
eorum fidem ſequi, resq; cuſtodiæ eorum committere. hæc eſt confirma-
tio edicti directa. ſequitur obliqua hiſce uerbis : Nec quiſquam putet grauiter
aduerſus eos hoc conſtitutū. nam eſt in ipſorū arbitrio,ne quē recipiant,&c. po-
tuit enim obijci,grauiter atq; iniquè hoc aduerſus eos conſtitutū. Sic obliqua con
firmatio eſt Inſt. de rebus corpor. & incorpor.§ nec ad rem pertinet. Nā cum di-
ctū eſſet, hæreditatē,uſumfructū,&c. eſſe res incorporales:obijci potuit,in hęredi
tate eſſe res corporales:ergo hæreditatē eſſe rem corporalē. cui obiectioni dicto
loco reſpondetur,& ſic id quod dictum erat,per obliquū confirmatur. Huc perti-
net ſolutio antinomiæ,cū aliqua lex legi propoſitæ uidetur repugnare. Poſt legē
cōfirmatā,eiusq; officiū demōſtratū ſequitur,ut ſingula legis uerba obſcuriora de
clarētur:quod fit uel definitiōe,uel exēplis, uel caſus fictione. Caſus fictiōe pletū
que utitur gloſſa:definitionib.& exēplis Iuriſcōſulti ueteres. Definitionib. ut pau
lo ſuperius oſtendi in edicto de Pactis. itē,ut eſt exēplū l.1.§ metus.& l.2.ff. de eo
quod metus cauſa.& l.1.§ dolum malū.ff.de dolo malo. Exemplis: ut l.1.§ hinc de-
ſcēdit.ff.de iuſticia & iure.ubi Vlpianus definitionē iuris naturalis propoſitā exē
plis declarat.& paulo pòſt l.2. cū tribus ll.ſequentib.definitionē iuris gentiū in fi-
ne legis primæ poſitā. Lege declarata,diſtinctiones eius ſubijciendæ ſunt. Nihil
aūt aliud ſunt diſtinctiones,quàm exceptiōes à regula uel lege,quarū unius legis
plerunq; ſolēt plures & uariæ eſſe, pro uarietate circumſtantiarū perſonæ,cauſæ,
loci,temporis,&c. unde Vlpianus omnē definitionē in Iure ciuili dicit eſſe pericu
loſam:parū enim eſſe ut ſubuerti nō poſsit. quod quidē ita intelligendū eſt, nō ut
ipſo iure ſubuerti poſsit lex omnis, uel legis definitio:ſed per exceptionē, ſeu di-
ſtinctionē. Nā firmiter ſtandum definitioni uel regulæ,donec exceptio aliqua al-
legetur in Iure fundata,& quæ cauſæ pręſenti inſit. Quo caſu regula perdit offi-
ciū ſuū.& ſubuertitur,nec in eo poſſumus ſequi regulā iuris. nā in omni iure gene
ri per ſpeciē derogatur. Sic regulariter uerū eſt,inueteratā conſuetudinē pro lege
cuſtodiri. falſum tamē hoc eſt,ſi uel cōſtitutio Principis ei cōtraria ſit,uel ea tacito
populi conſenſu ſit abrogata,uel cōtra rationem introducta,&c. Planè diſtinctio
nū aliæ iuſtæ ſunt,alię iniuſtæ. Iniuſtę,quæ à iure reprobātur. Sicius eſt,quo feræ
beſtiæ

bestię simulatq; ab aliquo captę fuerint, statim illius esse incipiunt. quod ius uidetur distinguendū: Nisi in alieno fundo captæ fuerint. quam tamen distinctionem ius non admittit. nā dicit ius, nihil interesse utrum in suo fundo quis capiat, an in alieno. § feræ igitur. Inst. de rerum diuisione. Huc pertinet uulgaris doctorum regula: Vbi ius non distinguit, ibi nec nos distinguere debemus. Iustarū distinctionum particulæ sunt: Si. si non. nisi quando, donec, distinguitur, fallit, interest, refert, &c. Iniustarum distinctionum particulæ sunt: Nec interest, nec refert, nō distinguitur, quamuis, licet, etsi, etiamsi &c. Præterea, prętor distinctiōes ius actionis uelut exceptionis lege introductū uel designatū per alios etiā locos & circūstantias copiosius à legis interprete est describendū, actionisq; & exceptiōis natura & proprietas explicāda plenius. Prętor ait: Vnde in eū locū, quò uulgò iter fieret, uel in quo cōsisteretur, deiectū uel effusum quid erit, quātū ex ea re damnū datū factūue erit, in eū qui ibi inhabitauerit, in duplū iudiciū dabo, &c. Hoc edictū Vlpianus interpretādo, inter cętera latius etiā describit actionē, isto edicto introductā: nimirum quòd hæc actio perpetua sit, & hæredi competat, in hæredē nō detur, &c. l. 5. § hæc aūt actio. ff. de his qui deiecerint, &c. Postremò nō est prætereundū silētio, si quādo lex mutata est: mutātur aūt leges uel in totū, uel pro parte: & uel alia lege scripta, uel cōsuetudine, cū cōsuetudo legi contraria inducitur. Sic l. dudū C. de cōtrahēda emptione, hodie est sublata cōsuetudine in multis locis. lege uerò mutata omnes eius distinctiōes, distinctionū subdistinctiōes, totaq; actionis uel exceptionis eius natura expirat. Vnde Imperator Iustinianus inquit: Edicto diui Hadriani, quod sub occasione uicesimæ partis hæreditatis introductū est, cū multis ambagib. & difficultatatib. & indiscretis narratiōib. penitùs quiescēte: quia & uicesima hæreditatis ex nostra recessit repub. antiquatis nihilominus & alijs omnib. quæ circa repletionē uel interpretationē eiusdē edicti promulgata sunt, &c. l. 3 in prin. C. de edicto Diui Hadriani toll. Porrò iā enumeratis & expositis modis, leges interpretari licet, nō solùm eas quibus ius aliquod statuitur, sed & eas quib. ius statutum uel distinguitur: uel describitur latius, uel mutatur, &c. Proinde & distinctiōes cōfirmari, declarari, & rursus distingui possunt: similiter & latiores descriptiones & mutationes. Non tamē omni modo in omni lege interpretanda est utendū: ridiculū enim esset, uerba legis per se perspicua uelle declarare, aut legis mutationem, quę nulla esset, asserere. Prudētis igitur interpretis est, uidere quibus modis in lege interpretanda sit opus, uel non sit opus. Hæc de interpretandi ratione ad te, uir clarissime, mihi libuit præfari: quòd etiāsi hactenus disponēdis legibus plurimùm sim defatigatus, gestiam tamē leges dispositas nunc interpretari: cuius rei (spero) aliquando mihi dabitur facultas & occasio, licet mihi resistant ij à quibus Iuris studia potius erant iuuanda. Tu interim uale: & me, quod facis, ama.

DE

DE EXCEPTIONIBVS IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS, ET SIMILIBVS Iuris remedijs:

Liber uicesimusquartus.

In præcedentib. libris causæ quibus iura adquiruntur, sunt propositæ & descriptæ. Sequuntur nunc causæ quibus iura adquisita retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur: quanquam & in superioribus libris eiusmodi causæ propositæ sunt. Nam retinendæ possessionis est, interdictū Vti possidetis & Vtrubi recuperandæ autem est interdictum Vnde ui, &c. de quibus ȝ uidere licet. Sed & eædem sunt causæ amittendi iuris, quæ adquirendi. l. j. ff. pro derelicto. item lib. 50. tt. 17 l. 195. de quibus ȝ tractatum est. Sæpe autem causæ ex quibus iura ab uno ad alium transferri solent, inutiles sunt, & ad transferendum inefficaces: puta, si cum minore uigintiquinque annis gestum est, si metus causa dolo malo, propter absentiam alterutrius, uel aliam similem causam quid gestum est, si per errorem & ignorātiam, si ob turpem uel iniustā causam, si sine causa quid datum uel promissum est, si causa non sit secuta, si iudicij mutandi causa uel in fraudem creditorum alienatio est facta: quibus casibus ei qui, si gestū ualeret, ius suum amisisset, & adquisiuisset alter, ad ius retinēdum competit exceptio, si rem possidet, uel ad rem amissam recuperandam in integrum restitutio, aut condictio aliqua: de quibus sequitur.

DE EXCEPTIONIBVS. Inst. lib. 4. tt. 13. ff. lib. 44. tt. 1. C. lib. 8. tt. 36.

Cap. 1.

I. *Definitio.*

ff. l. 2. in prin. l. 22. in prin.

II. *Genus.*

Exceptio an sit actio. ff. l. j. l. 12. lib. 22. tt. 3. l. 19. in prin. lib. 50. tt. 16. l. 8.

III. *Diuisiones & species.*

Diuiduntur exceptiones in ciuiles & prætorias. Inst. § alioqui. item in peremptorias & dilatorias. Inst § appellantur. usque ad fin. tituli. ff. l. 2 § fin. l. 3.

De exceptione, quòd præiudicium rei non fiat. ff. l. 13. l. 16. l. 17. l. 18. l. 21. lib. 5. tt. j. l. 54. lib. 4. tt. j. l. 4.

De exceptione mandandi sibi actiones. ff. lib. 16. tt. 2. l. 18. § si filiusfamiliās. de hac exceptione, uide passim Euentus actionum: item ī lib. prox. cap. 2. membr. 6. uers. De cedendis.

De replicationibus. Inst. tt. 14. ff. l. 2. § replicationes. l. 22. C. l. 10.

IIII. *Finis & officium exceptionum.*

Excludere actionem. Inst. in prin. ff. l. 2. in prin. § illud.

V. *Causæ ex quibus competunt.*

Exceptiones opponuntur aut quia factum est quod fieri oportuit, aut quia factum est quod fieri non oportuit, aut quia factum non est quod fieri debuit. ff. l. 20.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si conuenit, ne ulla exceptio obijciatur. ff. lib. 2. tt. 11. l. 4. § quæsitum.

VI. *Quibus competunt?*

De eo cui competit actio. ff. lib. 50. tt. 17. l. 198. § j.

De fideiussorib. Inst. tt. 14. § fin. ff. l. 7. l. 19. C. l. 11. ff. lib. 46. tt. j. l. 16. in prin.

De hæredibus. & cæteris successoribus. ff. lib. 43. tt. 18. l. 3. § si quis ab auctore. ibi, Cum enim successa. lib. 50. tt. 17. l. 198. § cum quis.

VII. *Aduersus quos dantur?*

De hæredibus, cęterisq; successoribus. ff. lib. 50. tt. 17. l. 185. l. 156.

De eo cui delegatus est reus. ff. lib. 46. tt. 2. l. 12. l. 13. l. 19. l. 33. lib. 44. tt. 5. l. j. § siue autem.

VIII. *Quando & quamdiu competit.*

Peremptoria exceptio post litem cōtestatam, ante sententiam quandocunq; obijci potest. C. l. 4. l. 8. lib. 7. tt. 50. l. 2.

Dilatoria uerò exceptio non nisi ante litem contestatam potest obijci. C. l. 12.

De fori præscriptione & recusatoria iudicis ante litem contestatam obijcienda. C. l. 13. lib. 3. tt. 13. l. 4.

De exceptione post probatam actionem probāda, antè opponenda. C. lib. 4. tt. 19. l. 19. lib. 8. tt. 36. l. 9.

Quæ temporaria sunt ad agendū, perpetua sunt ad excipiendum. ff. tt. 4. l. 5. § fin. C. l. 6. contra. ff. lib. 15. tt. j. l. 30. § fin.

IX. *Quot obijciendæ, seu de cumulatione exceptionum.*

Pluribus exceptionib. quis uti non prohibetur. ff. l. 5. l. 8. lib. 50. tt. 17 l. 43. in prin.

X. *Effectus exceptionum.*

Qui exceptionem obijcit, non utiq; existimatur confiteri de intentione actoris. ff. l. 9.

Nulla actio est, quæ exceptione remoueri potest. ff. lib. 4. tt. 3. l. 7. § seruus. ibi, Quasi nulla. lib. 50. tt. 17. l. 13. l. 66. l. 112.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS. ff. lib. 4. tt. 1. C. lib. 2. tt. 46. cum sequentibus.

Cap. 2.

I. *Causæ ex quibus in integrum restitutio competit, seu petenda sit.*

Si quis lapsus uel circumscriptus sit, siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderit in captionem, siue per status mutationem, aut iustum errorem. ff. l. j. l. 2.

De singulis istis causis, nec non de alijs, uide capita sequentia.

DISTINCTIO GENERALIS.

Si minima res uel summa sit propter quam in integrum restitutio petitur, per quam maiori rei uel summæ præiudicatur. ff. l. 4.

II. *Quibus competit in integrum restitutio?*

De successoribus. ff. l. 6. in prin.

De domino minoris. ff. l. 6. § proinde. usq; ad fin. legis.

III. *Per quos competunt.*

Causa in integrum restitutionis etiam per procuratorem agi potest. C. tt. 48. l. j.

IIII. *Vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agitanda?*

De eo ubi domicilium habet reus conuentus. C. tt. 46. l. 2.

De iudicibus ordinarijs & delegatis, non compromissarijs. C. tt. 46 l. 3.

Si contra sententiam procuratoris Cæsaris restituno postuletur: solus princeps competens est iudex. C. tt. 46. l. j.

V. *Quando & quamdiu competit?*

Intra quadriennium. C. tt 52. l. 3. l. 6. l. 7.

VI. *Adiuncta & euentus in integrum restitutionis.*

De causa à iudice cognoscenda. ff. l. 3.

Omnia in suo statu esse debent, donec res finiatur. C. tt. 49 l. j.

De dilationе danda actori uel reo. C. tt. 52. l. 6.

Quidquid ad eum qui restituitur, peruenit, id restituere debet. C. tt. 47. l. j.

Non uidetur re exclusus, quem prætor in integrum se restiturum pollicetur. ff. l. 5.

DE EO QVOD METVS CAUSA gestum est. ff. lib. 4. tt. 2. C. lib. 2. tt. 19.

Cap. 3.

¶ *De actione Quod metus causa:*

I. *Genus.*

Arbitraria est actio. Inst. lib. 4. tt. 6. § præterea. ff. l. 14. § hæc autem.

II. *Causa ex qua competit hac actio.*

Si quid ui metus' ue causa gestum est, ut restituatur. ff. l. j. in prin. § fin. l. 3. in prin C. l. 12.

Declaratur quid sit uis, quid metus. ff. l. j. § metus. l. 2.

DISTINGVITVR SEQUENTIBUS MODIS:

1 *Ex re quam metuit.*

Si res nulla sit quam metuit, uel minus malum. ff. l. 5. l. 6. l. 7. § j. l. 9. in prin.

Si infamiam uel aliquam uexationem metuit. ff. l. 7. in prin.

Si ne uinctus ducatur ad iudicem metuit. ff. l. 23. § si iusto.

Si metu accusationis institutæ uel futuræ gessit. C. l. 10. lib. 8. tt. 38. l. 9. § 1.

Si deprehensus in aliquo flagitio metuat ne occidatur, uel ne prodatur. ff. l. 7. § fin. l. 8. in prin.

Si ne ad ciuilia munera nominetur, metuit. C. l. 8.

Si ne stuprum patiatur, metuit. ff. l. 8. § quod si dederit.

Si ne instrumenta status interuertat, metuit. ff. l. 8. § si is accipiat.

Si seruitutis metu, uel similium gessit. ff. l. 4.

Si mortis aut uerberum terrore gessit. ff. l. 3. § fin.

Si ne liberis quid mali accidat, metuit. ff. l. 8. § fin.

2. *Ex persona eius à qua metuit, & qui metum infert.*

Non quæritur in hac actione, quis metum intulerit. ff. l. 9. § animaduertendum. l. 14. § in hac actione. tt. 3. l. 15. § fin.

Si populus, curia, collegium uel corpus metum intulit. ff. l. 9. § animaduertendum.

Si magistratus uel officialis metum intulit. ff. l. 2. § j. l. 15. § si quis quod. C. l. 11. l. 12.

Si parens metum iniulit liberis. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. § fin.

3. *Ex causa ex qua metuit, & modo quo metus illatus est.*

Si meticulosus rem nullam frustra metuerit. ff. l. 6. l. 7. § j. lib. 50. tt 17. l. 144.

Si suspicatus est malum non præsens. ff. l. 9. in prin.

Si minatus est illi uim aduersarius. C. l. 7. l. 9.

Si quòd audiret aliquem cum armis uenire, profugit. ff. l. 9. § j.

Si quòd in dignitate positus sit aduersarius, metuit. C. l. 6. l. 1.

Si quòd ingratus fuerit aduersus patronum, metuit ne in seruitutem retrahatur. ff. l. 21. in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus, metuat ne occidatur uel prodatur. ff. l. 7. § fio. l. 8. in prin.

Si in carcerē detrusus sit, uel custoditus, & athleta à certaminibus prohibitus sit. ff. l. 22. l. 23. § si fœnerator.

4. *Ex specie eius quod metus causa gestum est.*

Si metus causa fundum dereliquerit, & possessionem tradiderit. ff. l. 9. § j. § idem ait. ibi, Sed et si per uim.

Si in meo solo adhibita manu ædificet. ff. l. 9. § idem ait.

Si instrumentum contractus conficiat. C. l. 7.

Si uendidit. ff. l. 13. § si iusto. C. l 3. l. 4. l. 5. l. 12.

Si pignus dedit. C. lib. 8. tt. 14. l. 4.

Si dotem promisit. ff. l. 21. § si dos.

Si donauit uel transegit C. l. 13.

Si ultra quantitatem debiti caueat. ff. l. 23. § si fœnerator.

Si ab emptione uel conductione recedit. ff. l. 21. § si metu.

Si hæreditatem adijt, uel repudiauit. ff. l. 21. § fin.

Si seruum manumisit, uel ædificium deposuit. ff. l. 9. § idem Pompo.

Si debitum soluit, &c. uide paulo inferius.

5. *Ex reliquis contingentibus.*

Si debitum per uim coactus soluit. ff. l. 12. § fin. § 13. l. 25. § fin.

Si quod per uim acceperat, per uim restituit. ff. l. 12. § quæri.

Si id quod ei non debebatur, coactus accepto tulit. ff. l. 14. in prin.

Si ingratu-

Si ingratus aduersus patronum metuit, ne in seruitutem retrahatur. ff. l. 21. in prin.

Si in furto uel adulterio deprehensus metuat ne occidatur, uel prodatur. ff. l. 7. § fin. l. 8. in prin.

Si dedit uel promisit alicui ut se aduersus uim ab alio illatam tueretur. ff. l. 9. § sed licet.

Si res fit imperfecta, & nihil dederit. ff. l. 9. § sed quod prætor.

Si cum per uim coactus cauisset, postea sine ui soluit. C. l. 2.

Si cum socio criminis actum sit, uel ab eo solutum ff. l. 14. § fin. l. 15. l. 16. in prin.

Si de dolo, uel alia actione actũ sit. ff. l. 14. § eum qui. l. 9. § licet.

Si res per uim extorta perijt, homo mortuus sit, uel in fuga sit. ff. l. 14. § aliquando. § quód si homo. usq; ad § qui uim intulit. l. 17. l. 18. C. l. 3.

III. *Quibus datur hæc actio?*

De successoribus. ff. l. 14. § post annum. ibi, Alis autem. § ideo autem & successis. l. 16. § hæc actio.

IIII. *Aduersus quos datur?*

De successoribus. ff. l. 16. § fin. cum quatuor ll. sequent.

De eo ad quem res peruenit. ff. l. 14. § in hac actione. § aliquãdo § Pedius. l. 16. Vide insuper paulo superius uers. Si res per uim extorta.

De bonæ fidei emptore, uel alio qui rem ab eo qui uim fecit, comparauit. ff. l. 14. § unde quidam. C. l. 3. l. 5.

De eo qui uim admisit, si res ad alium peruenit. ff. l 14. § Pedius.

Si ex facto debitoris fideiussores liberati sunt, an aduersus fideiussores competat actio. ff. l. 10. in prin. l. 11.

Si fideiussor per uim liberatus est, an aduersus reum competat actio. ff. l. 9. § fin.

De domino serui uim inferentis. ff. l. 16. § sed etsi serui.

De pluribus uim uel metum inferentib. ff. l. 14. § fin. l. 15.

V. *Quid ueniat in hac actione?*

Non solum rem reddere. sed & de dolo repromittere debet. ff. l. 9. § idem Iulian. § ex hoc edicto.

De usufructu & seruitute amissis. ff. l. 9. § sed etsi ususfructus.

De partu ancillarum, fœtu pecorum, de fructib. & omni causa restituenda. ff. l. 12. in prin. l. 21. § qui possessionem. lib. 22. tt. 1. l. 38. § item si ui.

Si per uim promissum sit ut accepto feratur. ff. l. 9. § sed etsi per uim. l. 14. § Labeo ait. § si quis per.

Si acceptilatione liberatio per uim interuenit, ut in pristinum statum obligatio restituatur, &c. ff. l. 9. § ex hoc edicto § cum autem. l. 10. l. 11.

De successorib. quatenus teneantur, uide § Aduersus quos.

De quadruplo soluendo si non in integrum restituatur. ff l. 9. § ex hoc edicto. § cum autem hæc. l. 14. § 1. § hæc autem actio. § quadruplatur autem § quatenus autem. § Iulianus ait. l. 21. § qui possessionem.

VI. *Quando & quamdiu competit?*

Intra annum in quadruplum, post annum in simplum datur. ff. l. 14. § 1. usq; ad § in hac actione. l. 19. l. 21. § quod metus. C. l. 4.

VII. *Adiuncta officia actoris.*

In hac actione sufficit metum, uel uim illatam esse, nec opus est ostendere à quo sit facta. ff. l. 9. § animaduertendum. l. 14. § in hac actione. tt 3. l. 15. § fin.

Quibus uis & metus probatur in hac actione. ff. l. 23 in prin. C. l. 6. l. 9.

VIII. *Adfinia remedia.*

De dolo actio. ff. l. 14. § eum qui.

De actione in rem uel in personam per metũ remissa. ff. l. 9. § uolenti. § licet autem. C. l. 3.

De hæreditatis petitione. ff. l. 14. § alia autem actio. l. 21. § fin.

De interdicto unde ui, quod ui aut clàm, & de l. Iulia de ui. ff. l. 9. § 1. l. 12. § fin.

De furti actione. ff. l. 14. § qui uim.

De l. Iulia adulterij. ff. l 8. in prin.

De noxali actione. ff. l. 16. § sed etsi serui.

De exceptione quod metus causa. ff. l. 9. § sed quod prætor.

¶ *De exceptione quod metus causa.*

I. *Differentia à doli exceptione.*

ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. § metus causa. ibi, Etenim distat.

II. *Causa ex qua datur.*

Si quid metus causa factum sit. Inst. lib. 4. tt. 13. § uerbi gratia. ff. l. o. § sed quod prætor. lib. 50. tt. 17. l. 39.

DISTINGUITUR:

Si non actor, sed alius metum intulit. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. § metus causa. ibi, Etenim distat.

Si parens metum intulit. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4. § fin. lib. 37. tt. 15. l. 7. in prin.

Si actione quod metus causa quadruplũ sit consecutus reus. ff. l. 14. § sed etsi quis per uim.

III. *Adfine remedium.*

Doli exceptio. ff. lib. 44. tt. 4. l. 4 § metus causa.

DE DOLO MALO.

Cap. 4.

¶ *De actione doli mali.*

ff. lib. 4. tt. 3. C. lib. 2. tt 20.

I. *Ratio huius actionis.*

ff. l. 1. in prin.

II. *Genus.*

Famosa est actio. ff. l. 1. § ait prætor. l. 11. in prin. l. 29.

III. *Causæ ex quibus datur hæc actio.*

Si quid dolo malo gestum sit. ff. l. 1. § 1. lib. 50. tt. 17. l. 47.

Declaratur quid sit dolus malus. ff. l. 1. § dolum malum. usq; ad § ait prætor.

Si quod restituere potest, non restituit. ff. lib. 17. tt. 1. l. 8 § dolo.

Dolo autem fit tam in contractibus quàm in testamentis, quàm in legibus. ff. lib. 44. tt. 4. l. 1. § fin.

In adeunda & repudianda hæreditate.

Si quis dolo deceptus hæreditatem minus idoneam adijt. ff. l. 40.

Si persuasus hæreditatem quasi minus idoneum repudiauit. ff.l.9.in prin. C.l.7. ff.lib.44.tt.4.l. 4 § si cum legitima.

In testamento.

Si tabulas testamenti apud se depositas deleuit uel corrupit. ff.l.35.

Si tabulas testamenti suppressit, ne de Inofficioso agi possit. ff.l 9. § item si tabulæ.

In legatis & fideicommisso.

Si hæres seruum legatum occiderit. ff.l.7.§ si seruum.

Si dominus proprietatis insulam, cuius usufructus legatus est, incenderit. ff. l. 18. § si dominus.

Si persuaseris mihi ut optem seruum, quasi melior in familia non sit. ff.l.9.§ 1.

Si cum seruo ita libertas esset relicta, si hæredib. rationes reddidisset, cohæres ante redditas rationes eum manumiserit ff.l.32.

Si legatarius persuaserit hæredi, satis abundeque ad solida legata soluenda sufficere hæreditatem: & ita solida legata non detracta Falcidia accepit. ff.l.23.

In usufructu & usu.

Si proprietarius seruum usuarium occiderit. ff.l. 7.§ si seruum.

Si dominus proprietatis insulam, cuius usufructus legatus est, incenderit. ff. l. 18. § si dominus.

Si cum mihi permisisses saxum uel quid aliud de fundo tuo tollere, postea sumptib. factis non patiaris. ff.l.34.

In possessione.

Si persuaseris familiæ meæ, ut de possessione recedat. ff.l.31.

In pignore.

Si fideiussor pignus à creditore emit. C.l.j.

In mutuo.

Si quis idoneum esse eum cui pecunia mutua data est, affirmat. ff. l. 7. § fin.l. 8. lib. 17. tt. j. l. 42.

Si seruus tuus qui non erat soluendo, hortatu tuo à me pecuniam acceperit ut tibi solueret. ff. l.20.in prin.

In emptione & uenditione.

SI emptor & uenditor se in precio inuicem circumueniant. ff.tt.4.l.16.§ idem.

Si quis affirmauerit minimè esse hæreditatem, & ita eam ab hærede emit. ff.l.9.in prin.lib.17.tt.j. l.42.

Si uenditor quid commendandi uel decipiendi, gratia dixit. ff.l.37.

Si sciens falsa pondera commodauit uenditori quibus merces emptori appenderet. ff.l.18.§ de eo.

Sj minor consilio serui circumscriptus eum uendidit. ff.l.7.§ j.

Si uendito prædio uenditor seruitutem imposuit, ædificia diruit, arbores excidit: item si uendito seruo uenenum dedit. ff.l.7.§ non solum.

In præscriptis uerbis.

Si cum mihi persuasisset ut ei ancillam meam darem, uel manumitterem, recepturus ab eo aliud mancipium pro ea: ille, ancilla data, uel manumissa, aliud mancipium non dat. C.l.4.

In mandato.

Si cum seruus pactus pro libertate reum domino dedit, ea conditione ut post libertatem in se transferatur obligatio: postea manumissus uel patronus non patitur transferri. ff.l.7.§ seruus pro.

In damno dato.

Si quadrupes tua dolo alterius mihi damnum dederit. ff.l.7.§ si quadrupes.

Si compeditum meum seruum soluit ut fugeret. ff.l.7.§ idem Labeo.

Si promissum animal occidit. ff.l.18.§ fin.l.19.

In solutione & liberatione.

Si debitor epistolam ad creditorem quasi ab alio scriptam miserit, ut liberetur. ff.l.38.

Si cuius dolo factum est, ut lis temporibus legitimis transactis pereat. ff.l.18.§ si cuius.

Si seruum pignoratum mihi uoxæ dederit. ff.l. 9. § etsi seruum.

Si seruũ promissum occiderit, quo liberatur promissor. ff.l.18.§ fin.l.19.

In re iudicata & absolutione.

Si dolo procuratoris aduersarius uicerit, & absolutus sit. ff.l.7.§ si dolo.lib.44.tt 4.l.9.

Si cum mihi persuasisses nullam societatem cum eo cui hæres sum tibi fuisse, uel te seruo meo aut procuratori soluisse, ob id te absolui passus sum ff.l.20 § fin.l.25.

Si cum me deferente iuraueris, postea periurium fuerit approbatum. ff.l.21.l.22.

Si cum nõ possideret, se liti obtulit, & absolutus sit. ff.l.39.

SI dolo eius qui uerba faciebat pro eo qui de libertate contendebat factum sit, quo minus præsente aduersario secundum libertatem pronunciaretur. ff.l.24.

In agendo, & re litigiosa.

Si litem mouit, ne possessor rem uendere possit. ff.l.33.

DISTINCTIONES GENERALES.

1. Ex *persona decipientis, & decepti.*

Si pupillus decepit. ff.l.13.§ fin.l.14.

Si seruus decepit. ff.l.9.§ hæc de dolo.

Si parens decepit filium, uel patronus libertum. ff.l.11.in prin.l 12.l.13. in prin. lib.37.tt.15.l.2. C.l.5. ff.lib.44.tt.4.l.4.§ aduersus parentes.

Si dignitate aliqua præditus decepit humilem: uel homo emendatioris uitę luxuriosum, prodigum, uel aliàs uilem. ff.l.11.l.12.l.13.in prin.

2 Ex *causa, modo & qualitate doli.*

Si iure suo usus sit. ff.lib.50.tt.17.l.56.lib.43.tt.28. l.3.§ is tamen.

Si antea deceptus deceperit. ff.l.36.lib.50.tt.17. l. 196.

Si fraudem excludit. ff.lib.31.l.79 § Titio.

Si iussu iudicis fecit. ff.lib.50.tt.17.l.127.§ fin.

Si deceptus sciuit & consensit. ff. lib. 50. tt. 17. l. 137.

Si non magna uel euidens sit calliditas. ff. l. 7. § fin.

Non capitur, qui ius publicum sequitur. ff.lib.50. tt.17.l.116.§ non.

Ex reliquis

3 Ex reliquis contingentibus.

Si modica summa sit. ff. l. 9. § fin. l. 10.

Si alia actio, uel aliud remedium actori competat. ff. l. j. § j. § ait prætor. usq; ad fin. legis, cum sex ll. sequentib. C. l. 2.

Si doli clausula in stipulatione subiecta sit. ff. l. j. § idem Pompo. lib. 44. tt. 4. l. 4. § in stipulanone.

Si tutore colludente Titius decepit pupillum. ff. l. 5.

Si dubitetur, an alia sit actio. ff. l. 7. § non solum.

Quando autem alia competat actio, uel aliud remedium, uide paulo superius, Species causarũ huius actiõnis.

4. Ex consequentibus dolum factum.

Si deceptus postea rursus deceperit. ff. l. 56. lib. 50. tt. 17. l. 196.

Si cum uno actum sit, uel unus soluerit. ff. l. 17.

IIII. Quibus datur actio de dolo malo?

Si quis tabulas testamenti deleuit, uel corrupit. ff. l. 35.

V. Aduersus quos datur?

De successoribus. ff. l. 17. l. 26. cum quatuor ll. sequentibus.

De hæredib. earum personarũ quæ ipsæ de dolo conueniri non possunt. ff. l. 15. in prin.

De pupillo. ff. l. 13. § fin. l. 14. l. 15. in prin.

Si decuriones, uel ij qui res municipum administrant, dolo fecerint. ff. l. 15. § j. § de dolo.

Si procurator dolo fecit, an dominus teneatur. ff. l. 15. § item si quid ex.

De eo qui dolo procuratoris absolutus est. ff. l. 7. § si dolo.

VI. Quid ueniat in hac actione?

Vt res restituatur. ff. l. 18. in prin. § si cuius dolo.

Et nisi restituatur, præstetur quanti ea res est. ff. l. 18. in prin. § non tamen.

Si seruus dolo fecit. ff. l. 9. § hæc de dolo.

Si hæres uel alius qui dolo non fecit, cõuenitur. ff. l. 15. § item. l. 17. § fin. l. 26.

VII. Quando & quamdiu competit?

De biennio ex die doli commissi. C. l. 8. l. 5.

Perpetuò datur de eo quod ad reum peruenit. ff. l. 28. l. 29.

VIII. Adiuncta officia actoris & iudicis.

De causæ cognitione. ff. l. 9. § fin. l. 30. C. l. 2.

In hac actione cuius dolo, & quid dolo factum sit, ab actore est designandum. ff. l. 15. § fin. l. 16.

De probatione doli.

CVI INCVMBAT PROBATIO DOLI. ff. l. 22. tt. 3. l. 18. § qui.

Quibus dolus probandus est, uel per quæ. ff. l. 7. § fin. lib. 50. tt. 17. l. 79. C. l. 6.

IX. Adfinia remedia.

Boni prætoris est, potius restituere litem, quàm actionem famosam constituere. ff. tt. j. l. 7. § fin.

De in factum actione. ff. l. 7. § idẽ Labeo. l. 11. § fin. l. 12. C. l. 5.

De lege Cornelia. ff. l. 9. § item si tabulæ.

Si serui dolo factum sit. ff. l. 9. § hæc de dolo.

De reliquis, uide § Species causarum huius actiònis.

¶ De exceptione doli mali.

ff. lib. 44. tt. 4.

I. Ratio huius exceptionis.

ff. t. j. § ideò autem. l. 2. in prin.

II. Causæ ex quibus datur.

Ex eadem causa competit hæc exceptio, ex quà de dolo actio: scilicet, Si quid dolo malo gestũ est. ff. l. 2. in prin.

Ex omnibus in factum exceptionibus, doli oritur exceptio. ff. l. 2. § & generaliter. l. 12. lib. 45. tt. j. l. 36.

Si quis id petit quod restituturus est. ff. l. 8. in pri. lib. 50, tt. 17. l. 133. § fin.

In actione in rem, seu rei uindicatione.

Si res reo conuento uendita & tradita sit. ff. l. 4. § si à Titio.

Si actor sumptus in rem factos non restituat. l. 4. § si minor. l. 10. l. 14.

In uendicatione usufructus.

Si fundus cuius ususfructus uindicatur, uolente actore uenditus sit. ff. l. 4. § quæsitum est si cum.

In petitione hæreditatis.

Si reus sit scriptus hæres, actor autem hæreditàtem à legitimo hęrede emit. Replicatur: Si reus non repudiasset hæreditatem. Duplicatur: Si non dolo legitimi hæredis. ff. l. 4. § si cum legitima.

Si actor in testamento exhæredatus est: an rupto testamẽto is, uel eius hæredes ac liberi succedere possint. ff. l. 13.

In actione ex testamento, & petitione legati.

Si contra uoluntàtem defuncti ex testamento petat actor. ff. l. 4. § præterea. l. 17. § auus. lib. 50. tt. 17. l. 19. § fin.

Si hæres repudiata hæreditate legatum petat. ff. l. 4. § si quis ex uncia.

Si uia legata, & lege Falcidia locũ habente. legatarius totam uiam petens, non offerat æstimationem quartæ partis. ff. l. 5. § j.

In certi condictione.

Si solutũ sit. ff. tt. j. l. 4. tt. 4. l. 4. § si quis pupillo. § quę in tutore. ibi, Quid enim si deb. l. 16.

Si pecunia non sit numerata. ff. l. 2. § proinde etsi.

Si creditor in futurũ usuras accepit. ff. l. 2. § non malè. lib. 2. tt. 14. l. 56. si in prin.

Si pignus culpa creditoris perijt. ff. l. 4. § itẽ quæritur.

Si filiofamiliâs mutua data sit pecunia, replicatur de dolo. ff. l. 4. § contra senatuscon.

Si hæres damnatus sit non petere à debitore. ff. l. 8. l. 17. § auus.

Si creditor debitori debitum sub conditione legauit, hæresq; petat debitum. Replicatur. Si legati conditio nondum extiterit. ff. l. 5. in prin.

Si opera creditoris debitor pecuniam quam ei soluturus erat, perdidit. ff. l. 6.

In actione ex stipulatu.

Si sine causa actor stipulatus fuerit. ff. l. 2. § circà primam.

Si causa stipulationis non sit secura, uel finita. ff. l.2. § proinde etsi.

Si per errorem putans se debere, promisit reus. ff l.7.l.17.in prin.

Si post stipulationem pactum factum est, ne intra certum tempus agatur. ff. l. 2. § item quæritur.

Si infirmus causa mortis promisit, & conualuit. ff l.4.§ j.

Si cum in arbitrum compromissum esset, ob aduersam ualetudinem non stiterit reus. ff. l.4. § in arbitrum.

Si sciens fugitiuum esse actor, stipulatus sit fugitiuum non esse. ff.l.4.§ item Labeo.

Si actor & pœnam & sortem petat. ff.l. 4. § Labeo ait.

Si promissori reo de re accepta moueatur controuersia. ff.l.17.§ ex quadrante. Vide insuper 8 lib.18. huius Methodi. cap. 9. membr. j. in fine. uers Si de re empta dominij.

In actione iudicati.

Si dolo procuratoris dominus cõdemnatus sit. ff.l.9.

Si tantum cõdemnatus soluere paratus sit, quantum ex principali actione debebatur. ff.l.15.lib. 20.tt j.l 16.§ si pluris.

Reliquas species suis subieci locis.

DISTINCTIONES GENERALES:

Si parens aduersus liberos uel patronus aduersus libertũ dolo fecit. ff.l.4.§ aduersus parentes lib.37.tt 15.l.7.in prin.

Si minor 25 annis pupillus uel furiosus dolo egit. ff.l.4.§ quæ in tutore.

Si alius nõ actor dolo egit, uide ĩ Aduersus quos datur.

Si non aduersus reum conuentum, sed aduersus alium dolus commissus est. ff.l.2 § plane ex.

Si nihil dolo egit actor, uide 8 uers. Ex omnib. in factum.

Si ignorat causam actor, cur non debeat petere. ff.l 2.§ & generaliter. lib.50.tt.17.l.137.§ fin.

Si uoluntas testatoris actori non refragetur. ff. lib.10.tt.17 l.19 § fin.

Si nulli nisi ei qui dolum admisit, dolus damnosus est. ff.l.11.§ fin.

Si ex doli clausula agatur, uel actio ex doli clausula competat ff l.4.§ Labeo etsi.

Si res aute uel post etiam dolo egerit, an aduersus doli exceptionem competat replicatio doli. ff.l.4.§ Marcellus ait lib 50.tt.17.l.196.

III. *Quibus datur doli mali exceptio?*

De alio quàm aduersus quem dolus commissus est. ff.l.2. § plane ex.

IIII. *Aduersus quos datur?*

De parẽtibus patronis, & liorum hæredibus, uide paulo superius uers. Si parens aduersus.

De alio quàm qui dolo egit. ff l 2.§ & quidem illud. l.11.in prin. ibi, Neq alienus. lib. 50. tt. 17. l. 49.

De domino & patre, si seruus uel filius dolo egit. ff.l.4.§ in hac exceptione.

Si procurator dolo egit, an noceat domino. ff. l. 4 § quæsitum est an.l.11.

Si actor pecuniæ exigendis præpositus dolo egit, an noceat domino. ff.l.5 § actoris.

Si tutor & qui pro tutore negocia gerit, dolo egit. ff.l.4.§ illa etiam quæstio. usq ad § quæ in tutore.l.11.§ idem.

Si curator furiosi, prodigi uel minoris dolo egit. ff.l.4.§ quæ in tutore.

Si debitor actoris dolo egit. ff.l. 4. § item quæritur.

Si cum mandassem Titio, ut à te stipularetur, deinde Titius mandasset Seio, isq à te stipulatus sit: ego uel Seius dolo egerit. ff. l. 4. § mandaui.

Si mulier quæ marito debitorem in dotem delẽgauit, dolo egit: non nocet marito. ff.l.4.§ sed etsi mulier. usque ad § illud non ex l.5. § si cum.

Si maritus dolo egit, an noceat mulieri uel marito. ff.l.4.§ apud Iulianum. ibi, Illud non.

Si auctor actoris dolo egit, an noceat actori? ff. l.4.§ de auctoris. usq ad § metus causa 8 tt.j. l.6.

V. *Quandiu competit hæc exceptio?*

Perpetua est. ff.l.5.§ fin. C.lib.8.tt.36.l.6. Contrà. ff. lib.15. tt.j.l.30.§ fin.

VI. *Adiuncta officia actoris.*

Cuius dolo factũ sit in hac exceptione designandum est. &c. ff.l.2.§ & quidem illud.

VII. *Adfinia remedia.*

De exceptione in factum. ff.l.2.§ & generaliter. l.4 § aduersus parentes.§ si à Titio.

De condictione ad liberandum. ff.l.7.l.8.

DE MINORIBVS VIGINTIquinq annis. ff.lib 4.tt.4. C.lib.2. tt.21. cum sequentib.

Cap. 5.

I. *Ratio huius in integrum restitutionis.*

ff.l.j.in prin.§ fin.

II. *Genus.*

Nec actio nec cautio eo nomine datur: totum enim dependet ex prætoris cognitione. ff.l.24.§ fin.

III. *Causæ ex quibus hæc in integrum restitutio competit.*

Si cum minore uiginti quinque annis quid gestum est, ex quo est læsus minor. ff.l.j.§ prætor. C.tt.21.l.8.

DISTINGVITVR:

I. *Ex specie rei gestæ.*

Qualitercunq gestum sit, siue cõtractum sit, siue quid aliud contingat. ff.l.7.in prin.

De *manumissione & libertate.*

Si manumisit minor, & ne aduersus libertatem restituatur. ff.l.9.§ fin l.10.l.11. in prin. usq ad § ex facto.l.33.l.48.§ minor. C.tt 30.

De *emptione & uenditione.*

Si emit uel uendidit minor. ff.l.7.in prin. C.tt.27. l.2.

Si tutor urgẽtibus creditoribus rem pupillarem cum decreto uendidit. ff.l.47.in prin.l.49.

Si uendidit ut manumittatur. ff.l.11.§ quid si minor.

Si cum seruum uendidisset, alius cum postea pluris liceatur ff.l.7.§ quæsitum.

Si in

Si in emptione ab alio superetur. ff. l. 35.

Si emit seruum sibi necessarium. ff. l. 11. § unde Marcellus.

Si pluris emit, uel minoris oendidit. ff. l. 16. § Idem.

Si emit ut manumittat. ff. l. 11. § item quæri potest.

De solutione.

Si soluerit minor uel tutor eius. ff. l. 40. § fin. C. tt. 32.

Si indebitum soluerit. ff. l. 23. in prin.

Si cum duas res promisisset, illam aut illam, preciosiorem dederit. ff. l. 7. § hodie.

Si moram in soluendo fecit. C. tt. 40. l. 3. ff. l. 38. in prin.

Si ei solutum sit, & pecuniam perdidit. ff. l. 7. § j. usq; ad § non solum. l. 32.

De iudicijs & actiones item compromisso.

In iudicijs etiam minori succurritur, siue dum agit, siue dum cõuenitur captus sit. ff. l. 7. § non solum. ibi, Sed & in iudicijs.

Si non intra legitimum tempus egerit, uel exceperit. C. tt. 49. l. 3. ff. l. 37. in prin.

Si nõ intra quinquennium inofficiosi querelam mouit C. tt. 40. l. 2.

Si intra diem non prouocauit. ff. l. 7. § item si non.

Si quasi contumax condemnatus sit. ff. l. 8.

Si litem deseruit. ff. l. 7 § fin.

Si lin renunciauit. C. tt. 21. l. j.

Si allegationem omisit. ff. l. 36.

Si in iudicem compromisit. ff. l. 34. § fin.

Si aduersus minorem iudicatum sit. ff. l. 16. § fin. l. 18. § si autẽ. l. 42. l. 46. lib. 49. tt. j. l. 9. C. tt. 26. l. j. l. 2. l. 3. tt. 30. l. 4. tt. 40. l. 4.

De hæreditate adita uel repudiata.

Si hæreditatẽ adijt uel nõ adijt, & repudiauit minor. ff. l. 3. § etsi hæres. l. 7. § sed etsi hæreditatem. usq; ad § hodie certò. § restitutus. l. 11. § si locupleti. l. 24. § Scæuola. C. tt. 21. l. 2. tt. 39. lib. 6 tt. 60. l. 8. § ubi aũt puerilis. usq; ad fin. Nouell. c. 119. § ad hæc. usq; ad § ultra.

De reliquis.

Si legatũ repudiauit, uel in optionis legato captus est. ff. l. 7. § hodie.

Si cum ei legatum esset ut seruum suum manumitteret, legatum agnouit. ff. l. 33.

Si patri, ne petat legatum paciscẽti, consensit. ff. l. 3. § si quid.

Si mutuũ accepit. ff. l. 27. § si pecuniam. C. tt. 22. l. j. tt. 37.

Si donauit. C. tt. 29.

Si cauit. ff. l. 16. § Pomponius. l. 40. in prin.

Si societatem coijt. ff. l. 7. § j.

Si quid prætermisit. C. tt. 21. l. 8.

Si cum hæres institutus esset ita: Si à patre in diebus centum fuerit emancipatus: patri non denunciauit. ff. l. 3. § etsi hæres.

Si in dotem dedit. ff. l. 9. § in dotis. C. tt. 33.

Si pactum dotale fecit. ff. l. 48. § fin.

Si res minoris pignori data distracta sit. ff. l. 9. in prin. C. tt. 28.

Si res eius usucapta sit. ff. l. 45. in prin. C. tt. 35.

Si curator minoris se à cura excusauit. ff. l. 11. § ex facto.

Si intercesserit pro aliquo. ff. l. 7. § non solum. C. tt. 22. l. 2.

Si alius pro minore fideiussit, uel mandator extitit. ff. l. 13. in prin. § j. C. tt. 23. l. j.

Si mulier pro aliquo apud minorem intercessit. ff. l. 12.

Si iurauit, uide ĩ uers. Si sacramentum. cap. eod.

Si nouationem fecerit. ff. l. 27. § ex hoc intelligitur.

Si se ad rogandum dederit. ff. l. 3. § si quis minor.

Nō debet cui qund plus est licet, quod minus est nnn licere.l.21.
Est perquàm ridiculum, eum qui minoribns pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores adspirare.ff. lib.48.tt.22.l.7 § fin.

Verba & uocabula.

Natura rerū inductum est, ut plura siot oegocia quàm uncabula.ff.lib 19.tt.5.l.4.
Nomina significādnrum hnminom gratia reperta sunt: qui si alio,&c.Inst.lib.2.tt.20.§ si quidē in nomine.
Exemplo turpissimum est, fœminino uocabulo etiam masculos cōtineri.ff.lib.31.l.46.in prin.
Semper sexus masculinus fœmininū sexum cōtinet.ff.li.32.l.60.uide s cap prox.io uerbo Quis.

Veritas.

Plus ualet qund in ueritate est, quàm quod in opinioue.Inst.lib.2.tt.20 § si quis rem suam.
Veritas rerum erroribns gestarum noo uitiatur. ff.lib.1.tt.18.l.6.§ ueritas.
Plus ualet quod est actū, qnàm qund est scriptū. uide s lib.2.cap. De instrumentis. uers. Si aliud actum.

Velle, & uoluntas.

Eius est oolle, qui pntest & uelle l.3.
Eius est dare actiooem, denegare qui possit, & dare.l.102.
Quod quis si uelit habere non pntest, id repudiare non potest.l.174 § fin.
Pupillus nec uelle nec nolle creditur.l.149.
Furiosi uel eius cui boois ioterdictum est, oulla unluotas est.l.40.
Velle nnn creditur, qui obseqnitur imperio patris uel dnmini.l.4.
Ambulatoria est unluntas defuncti, usq; ad uitæ supremum exitum.ff.lib.34.tt.4.l.4.

Vis.

Vi factum uidetur id esse, quod quis cum prnhiberetur fecit.l.73 § ui.
Nihil cōsensui tam coutrarium est, quàm uis atque metus,&c.l.116.
Non uidetur uim facere, qui iure suo utitur, & ordinaria actione experitur.l.197.§ 1.

Vtile.

Vtile per inutile uitiari noo debet. ff.lib.45.tt.1. l.1.§ peoult.lib.43.tt.18.l.2.

Vulgò quæsitus.

Vulgò quæsitus matrem sequitur. ff.lib.1.tt.5.l. 19.l.24.
Vulgò concepti dicuntur, qui patrem demōstrare non possunt: uel qui possunt quidē, sed eum habent quem habere nō licet, qui & Spurij appellantur.ff.lib.1.tt.5.l.23.

De re-

De reliquis regulis.

Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt.l.81.

Non solet deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quàm si nõ essent, sed plerunq; melior.l.86.lib. 46.tt.2.l.29.

Nemo enim persequendo deteriorẽ causam, sed meliorem facit.l.87.

Refertur ad uniuersos quod publicè fit per maiorem partem.l.120.

Qui non facit quod facere debet, uidetur facere aduersus ea quæ non facit:& qui facit quod facere non debet, nõ uidetur facere id quod iussus est.l.163.

De reliqs regulis, uide in suis locis, quorũ regulæ sunt: ut De hæreditatibus, donatione, uenditione, &c.

FINIS LIBRI VICESIMIQVINTI *& Vltimi.*

METHODVS IN LIBROS FEVDORVM.

DE FEVDO. Cap. 1.

I. *Definitiones feudi.*

Definitio nominis lib.2.tt.3.§ fin.

Definitio rei.lib.2.tt.23.§ in primis.

II. *Quo iure subsistat.*

Consuetudine.lib.2.tt.1.

III. *Species.*

De ijs quę dantur ex camera uel cauerna.lib.2.tt. § fin.tt.10.§ fin.l.58.in prin.

Species & nomina uasallorũ. lib.1.tt.1.lib.2.tt.10.

IIII. *Propria.*

In generali alienatione non continetur feudum. lib.2.tt.26.§ in generali.

Vendita curia, feudum uenditũ non uidetur.lib. 2.tt.51.in prin.

Reliqua, uide ∫ inter Euentus.

V. *Similia & contraria.*

De soldatis. lib.2.tt.10.§ nam illi qui soldatam.

De regalijs.lib.2.tt.56.uide ff.De iure fisci.

De allodijs.lib.2.tt.54.in prin.

VI. *Causæ ex quibus feudum adquiritur.*

Inuestitura & succesio.lib.2.tt.1.§ fin.

Declaratur quid sit inuestitura. lib.2. tt.2. in prin. uide ∫ cap.prox.

Distinguitur ∫ cap.prox.

VII. *Causæ ex quibus feudum amittitur.*

Vide ∫ cap.3.

VIII. *Euentus feudi.*

Proprietas rei ad dominum pertinet.lib.2. tt.8.§ fin.tt.23.§ fin.

Dominus rem feudalem alienare an possit.lib.2. tt.9.§ fin.tt.55.§ præterea ducatus.

Officia domini erga uasallum, quibus non præstitis proprietatem rei feudalis amittit.lib.2.tt. 6.§ fin.tt.26.§ domino committere.tt.47.

Officia uasalli, quibus non præstitis feudũ amittit, uide ∫ cap.3.

Vasallus feudi conditionem meliorem, non deteriorem facere potest.lib.2.tt.8.§ econtrario.

Vasallus feudum innito domino alienare nõ potest, uide ∫ cap.3.

Vasallus feudum innitis adgnatis alienare nõ potest, nec in filiam cõfirmare: & de reuocandõ eo ab adgnatis & filio.li.2.tt.26.§ Titius filios. tt.29.in prin.

Vasallus feudum Domini cõsensu alienatum recipiens, an pro re propria habeat? lib.2.tt.44. § fin.

Vasallus de feudo testari nel disponere non potest.lib.1.tt.8.in prin.

De feudo communi diuidendo.lib.2.tt.55.§ pręterea.tt.58.§ item sciendum.

De actione feudi nomine à uasallo inferenda & excipienda.lib.2.tt.8.§ rei autẽ.tt.26.§ si uasallus.tt.43.

Hæres qui retento feudo hęreditatem repudiat, onus hæreditarium subire an cogatur.lib.2.tt. 45.

Re feudali euicta, an uasallus de euictione agere possit.lib.2.tt.8.in prin.tt.25.

An uasallus seruitute petere uel retinere possit? lib.2.tt.8.§ rei autem.

An uasallus seruitutem prædio feudali imponere possit? lib.2.tt.8.§ quid ergo.

An uasallus de feudo transigere possit? lib.2. tt. 26.

An uasallus feudum domino innito possit refutare? lib.2.tt.38.

Officia uasallorum circa pacem tenendam.lib.2. tt.27.tt.33.tt.59.Extrauagant.const.1.const.2.

DE PETITIONE FEVDI quæ datur uasallo. Cap. 2.

I. *Causa ex qua competit hæc actio.*

Si cui feudum constitutum sit, & inuestitura facta.

DISTINGVITVR:

1 *Ex persona constituentis feudum.*

De episcopo, abbate, abbatissa, præposito, marchione, comite, & ijs qui ab illis feuda habent. lib.1.tt.1.in prin.tt.6.in prin.

De uasallis.lib.j.tt.j.in prin.§ fin.tt.5.§ aut si libellario.lib.2.tt.9.in prin.tt.26.§ beneficiū. tt.34. § similiter.tt.55 § callidis insuper.
De fœmina.lib.2.tt.3.§ personam uerò.
De minore annis, & alio cui bonis interdictum est.lib.2.tt.3.in prin.

2 *Ex persona eius cui feudum constitutum est.*

Non distinguitur qualis ea sit persona.lib.2.tt.3.§ personam.
De eo qui miles non est, ut paganus & rusticus. lib.2.tt.26.§ beneficium. tt. 34. § ex eadem lege.§ similiter.
De eo qui fidelitatem facere non uult.lib.2.tt.3.§ final.
De seruo.lib.2.tt.3.§ personam uerò.
De extraneo, nō requisitis prius proximioribus cognatis.lib.2.tt.3.§ sed etiam res.

3 *Ex persona eius per quem feudum constituitur, & inuestitura fit.*

Per procuratorem & dari & accipi feudum potest.lib.2.tt.3.§ personam uerò.tt.58.§ item inuestitura.

4 *Ex re in qua feudum constituitur.*

De re quæ alienari non potest. lib.2. tt.3. § sed etiam res.
De re ecclesiastica.lib.j.tt.6.in prin.
De rebus mobilibus.lib.2.tt.j.§ fin.
De re communi.lib.2.tt.58.§ item sciendum.
De feudo alieno, de quo alius inuestitus est.lib.j. tt.9.§ nam si quis fuerit. tt.22. § si quis fecerit. tt.27.§ fin.lib.2.tt.26.§ motibus.tt.34. § ex eadem lege.tt.35.tt.55.§ præterea ducatus.

5 *Ex causa propter quam, & modo quo constituitur, datur uel accipitur feudum.*

Si sub prætextu pecuniæ, & non amore & honore domini.lib.j.tt.27.in prin.
Si dominus rem pignori dederit, ita ut non soluta intra certum tempus pecunia creditor eam rem in feudum habeat.lib.j.tt.27.in prin.lib.2. tt.51 § fin.
Si ad certum seruitium feudum detur.lib.2.tt.51. § fin.
Si pro se & suis hæredibus, masculis & fœminis, & cui ipse nellet dare uel alienare, acceperit.lib.2.tt.26.§ feudum ea.tt. 48.

6 *Ex adiunctis & solennitate inuestituræ.*

Si inuestitura non interueniat.lib.j.tt.25.in prin. li.2.tt.j.§ si.tt.26.§ si quis triginta. tt.33.in prin. § nec dicatur. Declaratur q̄d sit inuestitura & quomodo fiat,lib. 2.tt.2.in prin.
De iuramento fidelitatis à uasallo præstando.lib. 2.tt.3.§ fin.tt.5.tt.7.tt.55.§ fin.lib. de pace Constant.§ uasalli nostri.§ in Christi nomine.utrū ante an post inuestituram iurādum. lib.2.tt.4.
De breui testato interueniēte.lib.j. tt.4. in prin.

7 *Quibus præsentibus inuestitura facienda?*

De paribus curiæ, & alijs.lib.j.tt 4.in prin. lib.2. tt.2.in prin.tt.32. in prin. tt.58. in prin. § idcirco pares.

8 *Ex consequentibus.*

Vide ī cap.prox. Causas quibus feudū amittitur.

II. *Quibus competit hæc actio, & de feudi successione, quibus competat?*

De hæredibus uasalli.lib.j. tt.14. in prin.
De liberis uasalli.lib.j.tt.j.§ & quia uidimus.tt.8. in prin.tt.14.§ si capitanei. tt.19. lib.2. tt. 11. in prin.tt.14.tt.50 in prin.
Si datum sit feudum pro se & legitimo hærede masculo.lib.j.tt.13.§ penult.
De posterioris matrimonij filijs.lib.2.tt.26.§ mulier.tt.29.
Si ita matrimonium contractum sit, ne filij ex eo nati patri ab intestato succedāt.lib.2.tt.26.§ filij mei.tt.29.
De naturalibus filijs.lib.2.tt.26.§ naturales.
De filiabus, & harum liberis, uide ī. De fœminis.
De filio adoptiuo.lib.2.tt 26.§ adoptiuus.
De parentibus uasalli.lib. 2.tt.50.in prin.
De collateralibus & adgnatis.lib.2.tt.49.
De fratribus uasalli.li.j.tt.j. § & quia uidimus. tt. 8 § hoc quoque obseruand.§ fin.tt.12.tt.14.§ si capitanei. § si duo fratres. tt.18.19. tt.20. lib.2. tt.11.§ his uerò deficientib. tt.12. tt.26. § fin.tt. 29.§ fin.
De fratrū filijs.lib.2.tt.11. § his uerò deficiētibus.
De consobrinis.lib.j.tt.14.§ si capitanei.
De patruo.lib.j.tt.19.in prin.
De adgnatis ulterioribus.lib.j.tt.j.§ hoc quoque sciendum. lib.2. tt.11.§ his uerò deficientibus. tt.50.§ dummodo scias.
De marito & uxore.lib.j.tt.15. in prin.lib.2.tt.8 § fin.tt.13.
De fœminis, & harum liberis.lib.j.tt.j.§ hoc autē notandum.tt.6.§ quinetiā.tt.8.tt.14.§ fin.tt.15. § etsi ipsa fœmina.tt.24.lib.2.tt.11.in prin. tt.17. in prin. tt.18. tt.30. in prin.tt. 34. § similiter. tt. 36.§ fin.tt.50.in prin.tt.51.§ similiter.
De muto, surdo, cæco, claudo, & simili qui seruire non potest.lib.j.tt.6.§ fin.lib.2. tt.36.
De clerico & alijs religiosis. lib.2. tt.30. § fi.tt.36. § fi.
De eo qui hæreditatem repudiauit.lib.2.tt.45.tt. 51.§ filius.

III. *Apud quem competant feudi actiones?*

De imperatore paribus curiæ, & iudice ordinario li.j.tt.18. in prin.tt.22.§ fin.tt 26.§ testes uerò sint. § his enim non cogentibus. lib.2.tt.15. in prin.§.fin.tt.16.tt.20.in prin.tt.34.in prin.tt. 39.§ si inter dominum.tt.46.tt.55.§ fin.

IIII. *Quid ueniat in hanc actionem?*

Hac actione petit uasallus, ut ei res feudi nomine tradantur, seu ut mittatur in possessionem: etsi non mittatur in possessionē, ut nunc ei præstetur id quod interest.lib.2.tt.7.§ fin.tt.26.§ si facta.
De incremento & accessione feudi.lib.j.tt.4.§ si quis de manso.§ fin.
De reliquis, uide ī cap.prox. Quid ueniat.

V. *Adiuncta & Euentus harum actionum.*

Vter lite pendente debeat esse in possessione.lib. 2.tt.26.in prin § inter filiam.

Si domi-

Si dominus uel uasallus citatus non uenerit. lib. 2.tt.22.

De feudo directo, de quo lis nō est, nihilominus inuestiri debet uasallus. lib.2.tt.20.§ item dicit uasallus.tt.39.§ ubi autem dicit.

DA PROBATIONIAVS.

Vter & per quæ probare debeat in his actionibus. Distinguitur ex re probanda, seu de qua quæritur.

Si de iure quæratur. lib.2.tt.j.in prin.

Si de inuestitura quæratur. lib.j.tt.2 § fin. tt.4. in prin.tt.10.tt.11.in prin.tt.23.tt.26.tt.28. lib.2.tt. 2.in prin.usq; ad § fin.tt.3.in prin.tt.19.tt.25.§ fi. tt.27.§ si duo homines.tt.32.tt.33.tt.34.§ sed cū uuum.tt.58.§ notandum.usq; ad fin.tituli.

Si dominus dixerit, se per guardiam uel castaldiam dedisse: alter dicat se de feudo inuestitum. lib.j.tt.2.§ fin.tt.4.§ item si uasallus.

Si dominus dicat se pignori dedisse, alter dicat se pro feudo tenere. lib.j.tt.4.§ similiter si aliquis.

Si uasallus de incremento quoq; se inuestitū asserat. lib.j.tt.4.§ si quis de manso.

Si dicatur allodium. lib.2.tt.26.§ inter filiā. tt.41. tt.51.§ si contentio.

Si de successione feudi quęratur. lib.j.tt.4.§ cum autem quis.

Si dicatur feudum paternum uel nouum. lib.j.tt. 4.§ cum autem quis.tt.12.lib.2.tt.11.§ fin. tt.14. tt.15.§ idem placet.tt.26.in prin.

Si pactum contra feudi naturam dicatur intercessisse. lib.2.tt.2.§ fin.

Si instrumētum falsum dicatur. lib.2.tt.58.§ si instrument.

Si uasallus ingratus fuisse, uel dominū offendisse dicatur. lib.2.tt.57.

Si uasallus ignorās feudum, id alienasse dicatur, lib.2.tt.42.

De reliquis. lib.2.tt.27.§ si duo homines. tt.58.§ si instrumcut.§ notandum.

VI. *Adfinia remedia.*

De ui. lib.2.tt.22.§ fin.tt.39.§ fin.

DE REPETITIONE FEVdi quæ datur domino. Cap. 3.

I. *Causæ ex quibus feudum amittitur, & hæc actio datur.*

De sola pœnitentia domini, sine culpa uasalli. li. j.tt.j.§ & quia uidimus.§ fin.tt.2.tt.7.tt.11.§ fin. tt.16.tt.21.in prin.tt.23.§ fin.lib.2.tt.26.§ si facta.

Si successor uel hæres inuestitoris non habuerit ratum. lib.j.tt.3.lib.2.tt.58.§ item hæredes.

Si cum ex die uel sub cōditione feudum datum esset, ante diem uel conditionem existentem inuestitor uel inuestitus sit mortuus: uel etiā antequā inuestitus in possessionem missus sit. lib.j.tt.3.tt.9.tt.25.§ fin.lib.2.tt.26.§ motibus. tt.35.

Si is ad quem feudum pertinet cōsenserit, alium eo inuestiri, uel sciens tacuerit, lib.j.tt.5.§ preterea.tt.26.§ fin.lib.2.tt.26.§ Titius filios.

Si uasallus domino feudum refutauerit. lib. j.tt. 5.§ rursus.lib.2.tt.14.tt 38.tt.39.in prin.

Si feudum à uasallo alij in feudum datum ad dominum redierit. lib.j.tt.5.§ rursus si fidelis.

Si dominus feudum alij uendiderit lib 2.tt.21.in prin. uide ȝ cap.j.memb.8.uers Dominus tem.

Si uasallus feudum sine consensu domini alienabit, uide ȷ eod.

Si uasallus feudum cum consensu domini alienauit. lib.j.tt.13.§ fin.lib.2.tt.9.§ fin.

Si dominus inops factus sit, uel ęre alieno prematur. lib.2.tt.58.in prin.

Si res euincatur. lib.2.tt.8.in prin.tt.25.

Si uasallus natura uel iure non potest amplius seruire, uel sustinere officia militaria. lib.2.tt. 21.§ fin.

Si obmutescat uasallus. lib.j.tt.6.§ fin.

Si clericus uel aliàs religiosus factus sit uasallus. lib.2.tt.21.tt.26.§ qui clericus.tt.30.§ fin.

Si uasallus infamis sit factus, ut in curia amplius stare non possit. lib.2.tt.36.in prin.

Si uasallus fratrem suum occiderit, uel aliter parricidium commiserit, uide ȷ uers. Si fratrem uel filium.

Si uasallus domino mortuo, uel uasalli hæres uasallo mortuo, intra annum & diem inuestiturā nō petierit. li.j.tt.22.in prin. lib.2.tt.24.in pri. tt.40.in pri.tt.52.§ fin.tt.55.§ præterea si quis. lib.de pace constant.§ uasalli.

A quo feudum recognoscere debeat. lib.2.tt.17.§ fin.tt.34 § ex eadem lege.tt.55.§ pręterea ducatus.

¶ *Si ingratus fuerit uasallus aduersus dominum, & suum officium non fecerit.*

Distinguitur:

s *Ex specie facti seu ingratitudinis.*

Si fidelitatem non faciat, uel domino nō seruiat lib.j.tt.21.in prin.lib.2.tt.3.§ fin.tt.4.l.24.§ est & alia.§ sed non est alia. tt.26.§ etsi uasallus.§ omnes filij.§ si minori.§ si quis decesserit.§ licet uasallus.tt.28.in prin.usq; ad § si uasallus.§ fin.tt.34 § ex eadem lege.tt.37.§ fin.tt.38 § fin. tt.40.§ similiter. tt.52.§ satis bene. tt.54.§ ut autē.tt.55.§ firmiter.§ præterea ducatus.§ fin. lib.de pace constant.§ uasalli nostri.

Si dominum non adiuuat, eumq; in prælio deserat. lib.j.tt.5.in prin.tt.17.tt 21.§ fin.lib.2.tt.24.§ item qui dominum.tt 28.in prin.

Si iustitiam domino facere nolit, & in iudicium uocatus non uenerit. lib.2.tt.22.in prin.tt.24.§ illud tamen.

Si rem domini non curet, periculū eius uel damnum non præcaueat. lib.2 tt.26.§ uasallus.tt. 28.§ tu tamen scias.tt.39.§ fin.

Si uitæ domini insidiatus sit, uel alias graues iniurias aduersus eum commiserit. lib.2.tt 24.§ porrò si dominum.tt.51.§ si uoluerit.

Si dominum assalierit. lib.j.tt.5.§ similiter si dominum.tt.17.lib.2.tt.24.§ porrò.

Si cum posset, dominum à morte non liberauit. lib.2.tt.39.§ fin.uel cum inclusum, cum posset non liberauit. lib.2.tt.24.§ item si delator.

Si delator domini fuit, uel consilia eius prodidit. lib.j.tt.17.lib.2.tt 24.§ item si delator.

Si dominum cucurbitauerit: hoc est, si cum uxore uel filia, &c. domini concubuerit. lib.j.tt.5.§

irem si fidelis tt.17.tt.21.§ fio.lib.2.tt.24.§ rursus si domini.

Si fratrem uel filium domini, uel suum occiderit. lib.3. tt.5.§ item si fratrem.lib.2.tt.24.§ deniq; sæpè.tt.37.io prin.

Si dominum accusat, uel contra illum testimoniom dicit lib.2.tt.33.§ similiter uasallus.

Si uasallus abneget feudum, uel feudi conditionem. lib 2. tt.26.§ uasallus si.§ uasallus feudū. tt.34 § fin.

Reliqua uasalli officia, quibus non præstitis feudum amittit.lib.2.tt. 6.tt.7.tt.23.io prio.tt.24.§ præterea si uasallus.tt.26 § licet uasallus.tt.39. § fin.tt 57.Extrauagant.tt.2.

Clausulæ uniuersales, si uel similes culpas admiseriot.lib.3.tt.17.§ fin.lib.2.tt.23.in prin.tt.24.§ sed quia natura.usq; ad § deniq;.

2 *Ex persona facientis contra officium.*

Si cum ecclesia inuestita esset, clericus deliquit. lib.2.tt.40.§ fin.

Si domesticus uel filius uasalli.lib.2. tt.55.§ illud quoq;.

3 *Ex tempore facti.*

Si filius adhuc uiuenre patre contra domioū patris deliquit, an defuncto patri in feudum succedat? lib.2.tt.51.§ quæsitum.tt.55.§ iosuper si.

4 *Ex antecedentibus.*

Si feudum pro se ac suis hæredibus, & ut eui ipse uellet dare uel alienare posset, acceperit.lib.2. tt.26.§ feodum ea lege.tt.48.

5 *Ex cu..tu & consequentibus.*

Si conatus noo habuerit eueotum.lib.2.tt.51.§ si uoluerit.

Alias insuper distinctiones uide ē sub uosquaq; ingratitudinis specie.

¶ *Si feudum sine consensu domini alienauit uasallus.*

lib.3.tt.13.in prio.tt.18 § fin. tt.23. § fin. lib.2.tt. 9.tt.26.§ feudum hac lege. tt.34.§ similiter.tt. 52.io prin.tt.55.in prio. Distioguitur

1 *Ex specie alienationis.*

Si pignori dedit.lib.3. tt.5.§ aut si libellario. § fin. tt.13.in prin.lib.2.tt.8.§ fin.tt.55.in prio.

Si libellario nomine dederit. lib.3. tt. 5.§ aut si libellario.§ fin.tt.13.

Si in feudum dederit, uide ē cap. prox. ab initio uers. De uasallis.

Si pro anima iudicauit.lib.2.tt.55.io prin.

2 *Ex persona eius cui alienauit.*

Si adgnato suo alienaoit. lib.2.tt.39.in prin.

3 *Ex re alienata.*

Si dimidiam tantum partem alienauit. lib.3. tt.5. § penult.tt.13.tt.18.§ fin.li.2.tt.9.io prin.tt.24.§ illud enim est certū tt.38.io prin.tt.55.in prin.

Si allodia alienauit.lib.2.tt.54.io prin.

4 *Ex causa & modo.*

Si ignorans alienauit. lib.2. tt. 26.§ si uasallus. tt. 42.

De reliquis, uide ē Ex specie alienationis.

5 *Ex antecedentibus.*

Si feudum ita accepit, ut cui ipse uellet dare uel alienare posset.lib.2.tt.26.§ feudum ea lege.tt. 48.

6 *Ex consequentibus.*

Si uasallus relicto hærede legitimo masculo decesserit. lib.3. tt.5. § penult.tt.18. § fin. lib. 2. tt. 34.§ similiter.

Si uasallus feudum recoperauit.lib.2.tt.44.

II. *Quid detur feudi amissi repetitio?*

Vtrum ad dominum, an ad adgnatos uasalli reuertatur? lib.3.tt.5.§ his omnibus. § item si sue riot.tt.6.§ fin.tt.8.§ hoc quoq; obseruan.tt.13. § etsi clientulus.usq; ad fin.tituli.tt.18. § fin.tt. 21.§ si quis miles. lib.2.tt.21.tt.24.§ deoiq; sæpe.tt.26.§ Titius filios.tt.37.tt.38.in prio.tt.39. in prin.tt.40 § prrerea.§ fin.tt.45.§ quo repudiato.tt.55.§ præterea.

De liberis uasalli.lib.2.tt.26.§ Titius filios.§ si uasallus.tt.21.tt.37.io prin.Vide paulo ē uers. *Si uasallus relicto hærede.*

Vtrum ad maiorem an ad mioorem dominū reuertatur? lib.2.tt.55.§ illud quoq;.

Si aduersus unum dominum uasallus deliquerit, an alter quoq; agere possit? lib.2.tt.38.

III. *Quid ueniat in hanc actionem?*

Si partem feudi alienauit uasallus, an rotū amittat? lib.3.tt.18.§ fin. lib. 2. tt.24.§ illud enim est certum.tt.38.

De meliorationibos, & eo quod feudo accessit. lib 2.tt.8.§ econtrariò.tt.28 § si uasallus.

De eo qood uasallos transactionis nomine accepit.lib.2.tt.26.§ si uasallus de beneficio.

De seruitute rei feodali per uasallum adquisita. lib.2.tt. 28.§ si uasallus.

De fructibus eius anni quo feudū repetitur. lib. 2.tt. 28 § his coosequenter.

IIII. *Quandiu competit hæc actio?*

Dominus feudum alianatū repetens, nulla temporis præscriptione submouetur.lib.2. tt.9. § præscriptiooe autem. tt.40.§ præterea. tt.55. in prin.

V. *Quæ actio detur: & adfinia remedia.*

Coodictio causa dati, causa non secuta, si seruire nollt uasallus.lib.3.tt.21.in prin.

De ui lib.2.tt.39.§ fin.

VI. *Euentus huius actionis.*

De eo quod interest, & precio emptori restituēdo, si feudum alienatum repetatur.lib.2.tt.9.§ porrò siue de bona.tt.26.§ si uasallus.tt.52.§ si quis uerò cootra.tt.55.§ hos autem.

De appellatioue.lib.3.tt.22.§ fin.

De reliquis euentis, uide ē cap.prox.membr.5.

VII. *Apud quem detur hæc actio.*

Vide ē cap.prox.membr.3.

VIII. *Adiuncta, & de probationibus.*

Vide ē cap.prox.memb.5.

METHODI IN LIBROS FEVdorum Finis.

AD D. IOAN. OLDENDORPIUM IURISCONSULTUM CELEBERRIMUM, Praeceptorem suum obseruandum, Nicolai Vigelij Praefatio.



VM primùm tuos, Praeceptor obseruande, legerem libros, omnem illorum intentionem eò spectare animaduerti, ut litiũ diuturnitas, malum in iudicijs nostris frequentissimũ, è iudicijs atq; rebusp. expelleretur: quam tuam, tuorumq; librorum intentionẽ, nemo nõ honestissimã existimare potest. Tria enim in omni sunt repub. (teste Aristotele) consultationes nimirum de publica utilitate, magistratus atq; iudicia: quibus rectè constitutis, ipsam rempub. rectè constitutam: illisq; deprauatis, deprauatã remp. esse necesse est. Quàm deprauatissima autem nũc sint ob litium saltem diuturnitatem iudicia nostra, tu ipse, prçceptor obseruande, iamdudum multo melius reipsa experiris, quàm ego uerbis eloqui possum. Talia nũc sunt nostra iudicia, ut quę bonis solatio, malis terrori esse conueniebat: uice uersa, ad ea mali prouocent, horreantq; boni, ob solam litium ferè immortalitatem. Quanto autẽ hoc malum rebusp. perniciosius est, tãto tuorum librorũ intentio est laudabilior. Est autem malum illud rebuspub. proh dolor, reipsa testante, perniciosissimũ. Itaq; ego te tuosq; libros, in eo quamuis uiribus impar, secutus, illud malum quantũ scriptis possem, oppugnandũ suscipiebam: nequaquã ratus quenquã fore tam inuidum, qui istum conatũ meum esset reprehensurus. Sed ecce ex improuiso obortum est aduersus me murmur quorundã, quòd doctorum cõmenta improbarem: nam inter cæteras litium diuturnitatis causas & hanc posuerã, quòd plerique Iuri operã daturi, neglectis apertissimis iuris textibus, spinosis doctorum cõmentarijs ac disputationibus inhærerẽt: qua re pluriũ (qui ex cõmentarijs, quorum autoritate reprobata, illi ne hiscere quidẽ amplius in foro auderent, sapiunt) in me excitauerã inuidiam Hanc igitur partem, ob multitudinẽ defensorũ quos habet, mihi inexpugnabilem in oppugnanda litium diuturnitate in posterum missam faciam. Leganr doctores commentatores, glossatores, textusq; iuris negligant qui uolent: nihil ad me. Sed nec illud ad me, quòd omnia per infinitos agunt articulos, respondentq; singulariter singulis. nõ amplius istis mouebor: quamuis præterquàm quod à ratione disputandi abhorrent, litium etiam diuturnitatẽ plurimùm foueant. Vnum pręceptor obseruande animaduerto, istorum uitiorum omnium causam atq; originem esse, inertiã uidelicet, & socordiam iudicum Hanc mihi in posterum oppugnandam sumpsi: qua expugnata, atq; è iudicijs expulsa, spero litium diuturnitatẽ cum reliquis erroribus omnibus à iudicijs exulturam. Nam sanato capite, reliqua iudicij membra facilè pristinum suum uigorem recipiẽt. Proinde rationem de causis forensibus iudicandi, in eam rem conscripsi in qua cùm quædam ex scholis Dialecticorũ desumpta, ab hoc usu forensi & publico abhorrentia posuerim, quæ eorum qui in foro nunc uersantur, opinionem excedunt, ea postea separatim proposui, & explicaui uberius. Apud te autem, præceptor obseruande, ista nulla indigere ꝓbatione certus sum: tibi enim ἀπαράδοξα, non παράδοξα esse, non dubito. Cùm autem tua autoritas ubiq; terrarum, non solùm apud eos qui in scholis, sed apud eos etiã qui in foro uersantur, plurimùm possit, tibi ea defendenda commendo. Mihi nec ætas, nec autoritas, nec etiam eruditio tanta est, ut illorum defensionem, quamuis per se uerissima sint solus ob tam fortuita hominum iudicia suscipere ausim. Iuua me, obsecro: pro mea uirili laborabo, & quãtum in ijs defendendis possum faciam. Ne me in hoc certamine, qui primùm te duce in hęc arma ueni, deseras: persta in suscepta semel militia. nec etiamsi semel atq; iterum parum felici successu pugnaueris arma abijcias: in summis nunc periculis hostis positus est: summi cum infimis, aduersus illum insurgunt: omnes contra litium diuturnitatem, nefandissimum malum, remedia quærunt: honestissimam militamus militiam: tua modò autoritate meis conatibus succurrere, meaq; Paradoxa defendere iuua. Vale.

RATIO IVDICANDI de causis forensibus.

PRAECIPVA LITIVM DIVturnitatis causa, in iudice sita est: eiusq; iudicandi ratio triplex.

Cap. I.



CVM loquirendo litium diuturnitatis causam perlustrarē fori cōsuetudines, librosq; Practicos, animaduerti in libellorum formulis atque cautelis scribendis occupatos esse omnes: de iudicandi formula ac ratione esse præscriptum nihil, adeò aduocatos & procuratores instruunt omnes, iudicem nemo. Hinc inter tot armatos sedet iudex inermis: & nunc in hanc, nunc in illam, ab aduocatis rapitur sententiam: incertus utri partium adhæreat, nescit quādo disputationes in causa permittendæ sint, quando contrà sint inhibendæ. Hinc ne necessarias inhibeat, non necessarias permittit: & aduocatis in infinitum disputandi licentiam cōcedit, non semel, sed sæpius dilationes dat, easq; uel ex leuissima causa. Sedet (ut summatim dicam) inter aduocatos & procuratores iudex, tanquam asinus inter simias. Quare omnes iudiciorum reformationes, ad litium diuturnitatem tollēdam inutiles erūt, nisi prius reformabitur iudex: nam languente capite, cætera membra suo officio rectè fungi qui possint? nónne totum corpus languere necesse est? De ratione igitur iudicandi & antea scripsi quædam, & nunc scribam plura. Hi autem de causis rectius sciunt iudicare, qui & agere causas, & defendere non ignorant. Qui enim rectè agere, excipere & probare scit: is quoque de Actionibus, Exceptionibus & Probationibus rectè sciet iudicare: quoniā de opere solelius iudicat artifex. Sunt tamen quędam iudicandi præcepta peculiaria, quæ exponam. Sanè triplicem iudicandi rationem in usu reperio: quarum prima actionum, exceptionumq; requisita, & singulorum requisitorum probationes respicit: secunda, ipsius facti speciem, eiusq; circomstantias: tertia deniq; statum causæ. Quæ singula genera qualia sint, quodq; istorum putem uerius, in sequentibus expoam. Cognitis autem iudicandi rationibus, rationes acta causarum referendi non erunt incognitæ: cùm eadem sit utriusque ratio atque scientia.

De prima iudicandi ratione.

Cap. II.

PRima itaq; iudicandi ratione Iudex sic procedit. Primùm de actione inquirit, quæ scilicet actio intentata sit, an & quo iure subsistat, & an de facto sit probata. In quo postremò, non solùm an ipsum factum, sed etiam an omnia causæ & actionis istius requisita ab actore probata sint, considerat: quia actor tenetur probare suam actionem, & eius requisita: quibus non probatis, reus absoluendus est, etiamsi nihil præstiterit. Examinata igitur dicto modo actoris actione, ad exceptionem rei conuenti procedit: in qua similiter spectat primùm, quæ à reo conuento exceptio sit opposita: deinde, an de iure actionem excludat: postremò, an factum cum omnibus eius exceptionis requisitis sit probatū. Nam & reum suam exceptionem & eius requisita probare teneri, & nisi probauerit condēnandum esse constat. Exempli gratia: Causa talis in iudiciū deducta est. Maritus & uxor simul in eadem charta testati sunt, iisdem hæredibus institutis: mortuo postmodum marito, uxor superstes mutato testamento alios instituit hæredes: qua testatrice tandem etiā defuncta, priore testamento scripti hæredes, hæreditatem eius ab iis qui posteriore testamento hæredes scripti sont, petunt. Causa diu multumq; hinc inde ab aduocatis agitata, superuenit tandem iudex: notat primò petitionem hæreditatis in iudium deductā, deinde eam actionem de iure subsistere non dubitat: procedit igitur tertiò ad actionis probationem. Et quoniā actores, ex eo quòd se testamento hæredes scriptos asserunt, hæreditatē petunt: obseruat, an satis probatum sit testamentum esse factum, actores heredes institutos, septem testes actui interfuisse, eosq; ad id nocatos, uno actionis contextu testamentum esse factum, testatorē testamenti factionem habuisse, actores hęreditatem intra legitimū tempus agnouisse, reum conuentum hæreditatem possidere, &c. Nam hęc omnia, Petitionis hæreditatis ex testamēto necessaria sunt requisita: & à quolibet qui ex testamento hęreditatem petit probanda. Iam ergo cùm actionem satis probatam uidet iudex, procedit ad exceptionem rei conuenti: notans primò, exceptionem mutati testamenti esse oppositam: deinde, eam de iure Petitionem hæreditatis ex testamento excludere: postremò examinat huius exceptionis probationes, an scilicet à reo connento satis probatum sit, prius testamentum esse mutatum, posterius solenniter coram legitimo testium numero, uno actionis contextu factum & perfectum esse, &c. Hisce omnibus & singulis etiam probatis, conuertit se ad Replicationem actoris, similiter tria in ea spectans: primùm, quæ replicatio ab actore contra exceptionem rei conuenti sit opposita: deinde, an de iure exceptionem excludat: tertiò, an de facto probata sit. In causa proposita uidet ab actore replicatum esse, hoc modo: Testatricem post mortem demùm sui mariti, cum quo testamentum fecerat, id mutasse, & aliud fecisse: quod iure facere non potuerit. Vtrum hæc replicatio de iure exceptionem supradictam excludat, posthæc deliberat iudex. hoc est, An mulier, quæ cum marito suo testata est, mortuo marito suum testamentum amplius mutare nequeat. Hic est status totius negocii, ad quem post multa probationum examina tandem deuenitur. Sed fingamus dictam replicationem de iure excludere exceptionem mutati testamenti. Considerat tūc iudex tertiò, an de facto ea sit probata. Posthæc de duplicatione, triplicatione, &c. eadem tria spectat. Nam non alia de hisce, quàm de superioribus, iudicandi ratio uidetur, nisi fortè iudex in hisce illum iudicandi proces-

processum, ob nimiam eius prolixitatem ac molestiam soleat decurtare. Est enim infinitũ quiddam ita iodicare, & res immẽsi propè laboris, omnium actionũ, exceptionum, replicationũ, &c. & eorum quæ in istis à iure requiruntur probationes, simul exigit iudex. Hinc articulati libelli originem traxisse uidentur: item articuli defensionales, replicatorij, duplicatorij, triplicatorij: item respõsiones singulariter singulis, scilicet ut in ijs articulis & requisitis, quæ aduersarius credit, ponẽs probandi onere releuetur. Hinc etiam articuli additionales, additionalium additionales, elisiui, elisiuorum elisiui, probatorij, reprobatorij, interrogatorij generales & speciales, alia item plura articulorum genera fluxerunt. Nascitur etiam hinc litium incertitudo & immortalitas: ex immortalitate, cumulatio litium ingẽs & immensa. Nam ea semper hac in re mea fuit opinio, litium multitudinem infinitá potius ex diuturnitate, quàm hanc ex illa oriri: quanquam uulgò aliter existimatur. Iudex autem in tanto articulorum & responsionum numero, qui potest aliquid certò & constanter definire? Sanè nõ minus inanis quàm laboriosa & incerta dicta iudicandi ratio uidetur. Nam si exceptio, quam reus actori opposoit, actionem excludit, ut in superiori exemplo Exceptio mutati testamẽti actionem ex testamento: ad qoid (quæso) prosunt actiones, & omnium eius requisitorum probationes, & probationũ examina? quorsum obsecro prodest, probatum esse quòd testamentum sit factũ, quòd actores hæredes sint scripti, testes uocati, quòd testator testamẽti factionẽ habuerit, quòd actores intra legitimum tempus hæreditatem agnoueriot, quòd reus hæreditatẽ possideat, &c. nõnne omnia istiusmodi requisita, omnes omnium reqnisitorũ probationes, quálibet uariæ, multiplices & sumptuosę, cum sua actione, per unicá Mutati testamenti exceptionem excludũtur, ac perimũtur prorsus? Simili ratione quorsum pertinent Exceptionis, omniumq; eius requisitorũ probationes, probationumq; examina, cùm Exceptionem sequens Replicatio exclndit & perimit? nõnne labores & sumptus in eas res facti simul redduntur inanes omnes? Actorem actionem, reum contra suam exceptionem, eiusq; requisita probare teneri, uerũ est. nam si actor depositi agẽdo dicit, se rem apud reum deposuisse, idq; reus negat: actor utiq; actiooem suam, hoc est, se rem apud reum deposuisse, probare tenetur. Similiter, si hæreditatẽ quis petat, reusq; neget se eá possidere, utiq; actor illud suæ actionis requisitum, quod reus hæreditatẽ possideat, debet probare. Quid autem, si reus nõ negando, sed distinguendo respondeat? concedat quidem, uel silentio prætereat factum ex quo agitur, & exceptionem tantum distinctionis opponat? dicens, fortè rem depositam sine facto suo perijsse, uel se rem restituisse, uel (ut in superiori exemplo) testamentum esse mutatum? Hoc casu dicendum est, actorem non actionem suam, nõ factum suũ, nec actionis suæ reqnisita probare teneri: quòd de nullo istorum sit contentio. Eadem dicenda sunt de Exceptione rei conuenti, ut is eam non aliter probare teneatur, nisi in ea consistat controuersia. Vt autẽ actor certam, qua experiri uolet, actionem edere debet: ita quoq; reus certam, in qoa psistere uolet, debet opponere exceptionem: qua aut negabit id quod in actione propositum est, aut distinguet. Si distinguet, non poterit de actione existere controuersia. Planè pluribus Exceptionibus uti nõ prohibemur, quemadmodum nec plures actiones cumulare: rarissimè tamen ultra tres actiones cumulantur. In excipiendo igitur, modus qooq; excedendus non est: ne causam nostram non tam defendamos, quàm faciamus suspectam. Sed ad secundá Iudicandi rationem transeamus.

De secunda iudicandi ratione. Cap. III.

HAc ratione Iudex facti speciẽ exactis hinc inde collectam sibi proponit, quid actum uel factum sit considerat: item quis, cui, cum quo, & per quem fecerit: item in qua re, ex qoa causa, quo modo, quo instrumenro, quo tempore, quo loco: item quid euenerit, quid antecesserit, quid deniq; in ipso contigerit actu. De hisce omnibus & singulis inquirit, omnes causæ angulos nõ aliter ac aduocatus, cui Exceptiones & argumenta quærenda sunt, diligenter perlustrat. Hinc motum quendam animi concipit, quo uel ad condemnandum, uel ad absoluendum reum commouetur. Quam actionẽ intentauerit actor, quam contrà reus exceptionem opposuerit, in quo consistat controuersia, non magnopere curat. Status loco in omni causa obseruat hác quæstionem finitam: Vtrum ex proposita causa condemnandus, an absoluendus sit reus? quæstiones infinitas, quibus de genere uniuerso quæritur, parum attendit, manet in personis & temporibus in specie specialissima: Quoniam (inquit) ius in causa positum est. Omnis igitur cura eius, in causæ circumstantijs explorandis & considerandis consistit. Cùm autem causarum circumstantiæ, earumq; qualitates multiplices & uariæ soleaot esse: pro circumstantiarum uarietate uariatur sæpe & animus huius iudicis, & nunc in hanc, nunc in illam inclinat sententiam: tandem ex incerto quodam animi mutu potius, quàm ex certo iure pronũciat: & alius aliter. Apud huiusmodi iudices maximè locus est oratorijs uirtutibus: facilè enim ijs artibus, quas Rhetores de mouendis affectibus tradunt, decipiuntur: quáquam nõ dubito hanc in causis dijudicandis rationem multis, magnis etiam uiris probari, cùm non possit negari ius in causa positum esse, ad quod cognoscendum omni modo sit opus causæ circumstantias probè excutere & explorare. Veruntamen mihi (ut liberè fatear) ista Iudicandi ratio in ordinarijs quidẽ iudicijs ineptissima uidetur. Etsi enim omnes causæ circumstantiæ in iure eius inquirẽdo probè perlustrandæ sunt, & considerandæ: hoc tamen ad Inueniendum spectat, nõ ad Iudicandum. Omnibus cũstat, actionis genus competens pro uarietate circumstantiarũ uariari: Exceptiones, Replicationes, Duplicationes, &c. ad defendendá causam ex ipsius causę circũstantijs depromi solere: Argumenta item, & Probationes, ad confirmandum

dum id qood causæ nostræ prodest, & ad confutandum id quod obest, in iisdem circunstantiis inueniri. Ergo in circūstantijs causæ latet actio competens: item contra actionem exceptio, contra exceptionem replicatio: item argumenta cōfirmationis & confutationis, in quibus ius causę consistit. Vt ergo ista omnia inueniri queant, necessarium est facti speciem ob oculos habere positam, singulas causæ circumstantias excutere & perlustrare. Nec enim prædicta aliter inueniri possunt, nisi causæ circumstantiæ perlustrentur: nec perlustrare causæ circumstantias aliò specta re potest, quàm ad prædicta inuenienda. A quibus autē iam dicta inquirenda sunt? à quibus inuenienda? ab aduocatis partiū, qui causas agendas ac defendendas, quò illa pertinet, susceperunt. Nunquid etiam à iudicibus? nō. Quódnam igitur Iudicum munus est? de inuentis ab aduocato & propositis iudicare, unde illis quoq; nomen est. Aduocatorum ergo proprium officium est, facti speciem probè perlustrare, personas, res, causam, locum, tempus, modū, antecedētia item, adiuncta & consequentia considerare, ut actionē competentem edāt: ut Exceptiones, replicationes, duplicationes ad causam defendendam, argumenta & probationes ad statum confirmandum inueniāt: & sic ius, quod in causa latet, eruant, in lucem proferāt, proponantq; iudici. Post hæc iudicis subsequitur officium, quod circa inuenta ab aduocatis & in medium adducta uersatur, quo de inuentis & propositis iudex cognoscit, & secūdum acta & probata iudicat: nec opus illi ad hoc est, ad causæ circumstantias respicere: sed ad ea quæ ex circumstantijs desumpta & in mediū adducta sunt: hoc est, ad exceptiones, replicationes, statuum argumenta & probationes. Cùm ergo duplex sit differendi ratio, altera inueniendi, altera iudicandi: illa quidem aduocatis, hæc uerò iudicibus conuenit: illa enim circumstantias causarum ad inueniendas exceptiones & argumenta explorare: hæc exceptiones & argumenta inuenta in argumentationū formas redigere, & sic de illis iudicare docet. Quàm igitur uitiosa ex tribus iudicandi rationibus secunda, qua iudex suo officio posthabito aduocatorū onera subit, seq; immiscet rei ad se non pertinenti, sit existimanda, ex iam dictis constat. Planè in causis extraordinarijs, quarū ius magis ex arbitrio iudicis quàm ex authoritate legis pendet, hæc iudicandi ratio locum habet, de qua infrà dicetur.

De tertia iudicandi ratione, & de statu indagando. Cap. IIII.

VEnio tandem ad tertiam iudicandi rationem, quæ nō ut prima infinitas probationes exigit, sed eius tantùm in quo summa controuersiæ cōsistit, & eorum quæ ad hoc probandum adducta sunt: quę item non ut secunda, ad circumstantias causarū respicit, sed ad ea quæ ex circumstantijs producta sunt, hoc est, ad exceptiones & argumenta: quæ deniq; non ut utraque præcedens nunc huc nunc illuc uagatur: sed in causæ statum oculos figit, ad eum omnia alia dirigit ac digerit acta. Proinde hac ratiōe iudex, antequàm ad probationis examen accedat, statū causę, hoc est, illud de quo controuertitur, & quod probandum est, inquirit. Quoniam (autore Fabio) illud est quod & orator præcipuè sibi obtinendum, & iudex maximè spectādum intelligit: in eo enim causa consistet. Quid autem & quotuplex status sit, nec non quæ sit eius indagandi ratio, alio loco exposui. Hac igitur postrema iudicādi ratione Iudex primo loco animaduertit, quam actionem intentauerit actor: ubi non tam de actionis nomine est solicitus, quàm de re quę petita est, de causa ex qua est petita, de iure deniq; quo est petita: quibus partibus omnis constat actio. Tria ergo in omni actione primùm inquirit, scilicet quid petitū sit, ex qua causa, & quo iure. Hæc ob certius iudicium, in formam Syllogismi conijcit. Nam omnis causa ex qua uel agitur uel excipitur, etiamsi longissima narratione uel mille proponatur positionibus, nihil aliud est quàm argumentum, quo uel actor sibi aliquid dari uel fieri, uel reus se absolui debere, probare conatur. De argumento autem certius iudicari nequit, quàm si in formam argumentationis, Syllogismi puta, uel Enthymematis fuerit redactū. Causam igitur omnem siue actionis, siue Exceptionis, siue Replicationis, siue Duplicationis, iudex in Syllogismum redigere & coarctare potest. Sanè si uel ius uel factum, ex quo uel agitur, uel excipitur, notorium sit: eo omisso, uniuersa uel actio uel exceptio, Enthymematis forma comprehendi potest. Tribus ergo prædictis in actione notatis, iisq; Syllogistica forma comprehensis, procedit iudex ad exceptionē rei conuenti: & utrum ad ea quæ in Syllogismo actionis proposita sunt, responderit reus: an uerò aliqua exceptione dilatoria sit usus, attēdit: quòd si ad ea quæ proposita sunt responsum uidet, utrum negando an distinguēdo responsum sit obseruat. Quòd si alterum eorum quæ proposita sunt, negatum est, ibi Statum causæ consistere intelligit: & si quidem maior propositio negata sit, de iure: sin minor de facto controuersiam esse non ignorat. Nam ultra ista duo genera statuum, tertium genus nullum esse, alibi ostendi. Sin autem ea quæ in Syllogismo proposita sunt negata non sunt, sed sub aliqua conditione concessa, distingui hoc dicitur: quo casu status non nascitur. Transit igitur tunc iudex ad Replicationem actoris, prius Exceptione similiter in Syllogismi formam redacta: & rursus, utrum ea quæ in Syllogismo Exceptionis proposita sunt, actor replicando negauerit an distinxerit, attendit: & siquidem altera propositionum negata est, ibi statum causæ notat: sin autem rursus distinctum sit, ista distinctione similiter Syllogismo comprehensa, ulterius eo quo dixi modo ad duplicationem, à duplicatione ad triplicationem progreditur eousque, donec ad aliquid quod ab altero litigatorum affirmatum aduersarius esse simpliciter negauerit, perueniat. Nam ibi statum causæ oriri, alio loco monstraui. Quæ omnia, qualia sint, exemplis declarabo. Causa in iudicium talis deducta est: Titius Sempronio prædium Seiorum uendidit pretio centum florenorū: quod precium postea quidam amicus Titij à Sempronio,

niò, Titij nomine exegit: Sempronius falsò credens illi, ut exigeret mandatum à Titio esse, centum florenos ei soluit. Is cui pecunia soluta erat, eam dedit Seio ad Titium nenditorem perferendam. uerùm cùm Seius Titium ex causa legati in centum florenos haberet obligatum, pecuniam compensationis iure retinuit: nihilominus tamē Titius uenditi actione ad soluendum sibi preciū cōtra Sempronium experitur: diu multumq; disceptatur, aliæ atq; aliæ leges hinc inde allegantur. Conclusa disputatione, superuenit Index de causa & disputatione cogniturus: & ut statum controuersiæ de quu in primis iuquirere solet, intelligeret, notat primùm in actione centum peti florenos, quæ res est ex causa uenditionis, iure quo emptor uenditori ad soluendum precium tenetur de quo l. Iulianus. § ex uendito. ff. ad action. empti & uenditi. Cùm autē ius hoc notorium sit, nec posit ab aduersario negari, totam actionem enthymemate complectitur, hoc modo:

Actor reo prædium centum florenis uendidit. Ergo,

Reus centū florenos ex causa uenditionis soluere tenetur.

Iam quid ad hæc excipiendo reus responderit, iudex animaduertit Animaduertit ergo reum, id quod enthymemate propositum est concedere, sub hac tamen conditione: Si non centum floreni essent soluti. Reus igitur excipiēdo distinguit, quam Exceptionē iudex similiter enthymemate complectitur hoc modo:

Reus centum florenos soluit. Ergo,

Reus est liberatus: & per consequens, absoluendus. Quid ad hæc actor replicando respondeat, nunc attendit. Sed & hoc enthymema cōcedit sub hac conditione: Si sibi, non alij, sine suo mandato essent soluti. Adhuc nullum statum, nullam litem inter actorem & reum iudex intelligit. Syllogismo igitur & hanc actoris Replicationem complectitur hoc modo:

Si sine mandatu creditoris alij soluitur, solutio debitorem non liberat.

Sed reus sine mandatu creditoris alij soluit. Ergo, Solutio ista reum non liberat.

Transit posthæc ad Duplicationem rei conuenti, qua nec maior, nec minor propositio negatur à reo. Nam maior manifestissimi iuris est: minorem si negaret, contrarium teneretur probare: quod nō potest. Adhuc ergo distinguit duplicando, hoc modo: Nisi pecunia alij soluta ad creditorem actoris peruenisset. Nec adhuc status causæ iudici apparet, cùm nihil eorū quæ hactenus ab utraque parte proposita sunt, negatum sit, sed omnia sub cōditione quadā concessa & distincta. Procedit igitur ad Triplicationē actoris, Duplicatione prius in Syllogismū redacta, hoc modo:

Quando pecunia alij sine creditoris mandatu soluta, ad creditoris seu actoris creditorem peruenit: debitor per solutionem istam liberatur.

Sed hoc casu, pecunia alij soluta ad creditorem actoris Seium peruenit. Ergo,

Debitor Sempronius per solutionem, licet alij sine mandatu actoris factam, est liberatus.

Quid ad hæc Triplicando actor respondeat, iudex nunc animaduertit: negat autem simpliciter actor propositionem maiorem Syllogismi propositi, affirmat eam reus: hic tandē lis inter actorem & reum oritur, hic latet anguis in herba, hic status causæ apparet iste: nimirum, Vtrum debitor per solutionem alij sine mandatu creditoris factam liberetur, si pecunia soluta ad creditorem sui creditoris peruenerit? In hac quæstione tota causa consistit: qua decisa, nulla lis, nulla controuersia superest.

De examine probationum. Cap. V.

IAm ergo statu causæ inuento, iudex secundo loco probationū examen suscipit, & utrū status causæ satis probatus sit nec ne, perquirit: & quæ sint probationes & disputationes necessariæ, quæ non necessariæ, ex statu causæ metitur. Proinde siquidem de iure cōtrouersia existat, ut controuersia exempli loco proposita quibus legibus & rationibus is cui probandi onus incumbit, ad statum probandū sit usus: sin autem de facto disceptatio sit, quot & quib. probationibus, utrum instrumētis, an testibus, an signis & cōiecturis nitatur, obseruat. Hinc quid ad ea cōfutanda aduersarius proposuerit, notat. Tandē probationes & confutationes inuicem librat, & utrum hæ an illæ, ad faciendam fidem, & iudicē in hanc uel illā partem mouendum sint grauiores, ponderat, argumentis in argumentationum formas redactis. Sanè si quidem in iure cōtrouersia consistat, leges, cōstitutiones & consuetudinem loci sequitur in pronunciando: nec distinguit ubi nō distinguit lex, etiamsi fortè sua ratio aliud ei suadeat, erubescit sine lege loqui, nec prudentior lege uult uideri, exceptis causis extraordinarijs, in quibus lex nihil certi definit, sed ius iudicis arbitrio definiendum cōmittit, de quo dicetur infrà. Sed & in ordinarijs causis, si quando euidēs poscit æquitas, certisq; constat argumentis, & casu aliquo simili mentem legis distinctioni propositæ nō refragari, à uerbis legis quo æquitati subueniat, recedere non abhorret. a Sin autem de facto ambigitur, tum quod sibi credibilius uidetur, sequitur, & rectè: cùm facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis sit, iuris aūt autoritas non sit. b Ius enim certum finitumq; esse & potest & debet: facti autem interpretatio plerunq; prudētissimos etiam fallit. c In iuris ergo quæstione illud obseruare debet iudex, ne aliter iudicet quàm aut legibus aut cōstitutionibus aut moribus proditum est. d In facti uerò quæstione cōfirmabit motum animi sui ex argumentis & testimonijs, quæ rei aptiora & uero proximiora compererit. e Nec enim quæ argumenta ad quem modum cuiq; rei probandæ sufficiant, ullo certo modo satis definiri potest. Non ergo ad unā probationis speciem, cognitionem statim alligare debet, sed ex sentētia animi sui existimabit quid aut credat aut parum probatū sibi opinetur. f Planè quod sit officiū iudicis in causis dubijs & obscuris, de eo collegi aliquot iuris regulas, quas licet uidere lib. 2. Methodi, cap. 25.

a l. etsi nihil. ff. de reg. iuris.

b l. ordine. ff. ad municipalem. & l. j. § calumniat. ff. ad senatusc. Turpil.

c l. in omni. ff. de iuris & facti ignor.

d Inst. de officio iudicis. in prin.

e l. ob carmen ff de testibus.

f l testiū fides. §. eius dem. ff. de testibus.

Omnes controuersias ad uniuersi generis uim ac naturam referendas. Cap. VI.

TOta ergo postrema iudicandi ratio, in hisce duob. consistit: Primò, in statu causæ indagando: deinde, in examinandis probationibus.

Proba-

Probationum uerò examen consistit in notandis primò probationibus, deinde confutationibus aduersus eas adductis, postremò in utrisque inuicem librandis. Status autem causarum & aliæ quæstiones, non in personis, nec in temporibus, sed generaliter extra causæ circumstantias considerandæ sunt. Exempli gratia: Titius Sempronio ædes suas uendidit, uenditas emptori tradidit: emptori postea de ijs, precio nondum soluto, à tertio quodam dominij quæstio mouetur. Titius uenditor nihilominus uenditi actionem ad soluendum sibi precium intendit, offerens idoneam de euictione ædium cautionem. Causa actionis est uenditio, quam reus nõ inficiatur, sed opponit. Controuersia, quæ sibi de ædibus à tertio mota est, pendente se ad precium soluendum non teneri. Actor replicat, Nisi idoneam cautionem de euictione præstanda ipse offerret. Reus contrà dicit, ne hoc quidem casu se teneri: lis oritur non tam de præsenti causa, quàm de genere uniuerso. Quanquam enim status seu quæstio fortasse sic formabitur: Vtrum Sẽpronius, cui de emptis ædibus dominij quæstio mouetur, Titio actori eo casu quo idoneam de euictione præstanda cautionem offert, precium de quo conuenit soluere teneatur, nec'ne? tamen nec Titij nec Sempronij, nec ædium uenditarum consideratio ad hanc quęstionem decidendam quidquam ualet, sed uis totius quæstionis est in genere uniuerso: Vtrum scilicet emptor, cui de re empta dominij quæstio mouetur, uenditori, qui idoneam de euictione cautionem offert, uẽditi actione ad soluendum precium teneatur, nec'ne? Iudex ergo in decidendis huiusmodi quæstionibus nõ ad personas, nec ad tempora respiciet, sed ad genus uniuersum. Quæ ne fortè alicui uel nimium obscura, uel parum probabilia uideantur, hac de re locum ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, subijciam. Ex isto enim loco & postrema hæc iudicandi ratio confirmatur: & secunda, quæ contrarium obseruat, refellitur.

Verba Antonij apud Ciceronem libro 2. de Oratore. Cap. VII.

ATq; hic illud uidendum est (inquit apud Ciceronem Antonius) in quo summus est error istorum magistrorum, ad quos liberos nostros mittimus: non quòd hoc quidem ad dicendum magnopere pertineat, sed tamen ut uideatis quàm sit genus hoc eorum qui sibi eruditi uidentur, hebes atque impolitum. Constituunt enim in partiendis orationum modis duo genera causarum: unum appellant, in quo sine personis atq; temporibus de uniuerso genere quęritur: alterum, quod personis certis & temporibus definiatur: ignari, omnes controuersias ad uniuersi generis uim & naturam referri. Nam in ea ipsa causa, de qua antè dixi, nihil pertinet ad oratoris locos Opimij persona, nihil Decij. de ipso enim uniuerso genere infinita quæstio est: Num pœna uideatur esse afficiendus, qui ciuem aliquem ex senatusconsulto patriæ conseruandæ causa interfecerit, cùm id per leges non liceret. Nulla denique est causa, in qua id quod in iudicium uenit, ex reorum personis, ac non generum ipsorum uniuersa disputatione quæratur: quinetiam in ijs ipsis, ubi de facto ambigitur, Cęperit'ne contra leges pecunias P. Decius, argumenta & criminum & defensionis reuocentur oportet ad genus & ad naturã uniuersam: quòd sumptuosos, de luxuria: quòd alieni appetens, de auaricia: quòd seditiosus, de turbulentis & malis ciuibus: quòd à multis arguitur, de genere testium. contraq; quæ pro reo dicentur, omnia necessariò à tempore atque homine ad communes rerum & generum summas reuoluentur. Atque hæc forsitan homini non omnia quæ sunt in natura rerum celeriter animo comprehẽdenti, permulta uideantur, quæ ueniant in iudicium, tum cùm de facto quæratur: sed tamen criminum est multitudo, non defensionum aut locorum, infinita. Quæ uerò cùm de facto nõ ambigitur, quæruntur qualia sint: ea si ex reis numeres, & innumerabilia sunt, & obscura: si ex rebus, ualde & modica & illustria. Nam si Mancini causam in uno Mancino ponamus, quotiescunq; is quem pater patratus dediderit, receptus non erit, toties causa noua nascetur: sin illa controuersia causam facit, Videatur'ne ei quem pater patratus dederit, si is nõ sit receptus, postliminium esse: nihil ad artẽ dicendi, nec ad argumenta defensionis Mãcini nomen pertinet. At si quid adfert præterea hominis aut dignitas, aut indignitas, extra quæstionẽ est: & ea tamen ipsa oratio ad uniuersi generis disputationem referatur necesse est. Hæc ego non eo cõsilio disputo, ut homines eruditos redarguam: quanquam reprehendendi sunt, qui in genere definiendo istas causas describunt in personis & temporibus positas esse. Nam etsi incurrunt tempora & personæ, tamen intelligendum est non ex ijs, sed ex genere quæstionis pendere causas. Sed hoc nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad uos, Cotta noster & Sulpiti: quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita. Si in personis ponitur, quot homines, tot causæ: sin ad generum uniuersas quæstiones referuntur, ita modicæ & paucę sunt, ut omnes eas diligẽtes & memores & sobrij oratores percorsas animo & propè decantatas habere debeant. nisi fortè existimatis à M. Curio causam didicisse L. Crassum, & ea re multum attulisse, quamobrẽ posthumo non nato, Curium tamen hæredem Coponij esse oporteret. Nihil ad copiam argumentorum, neque ad causæ uim ac naturam nomen Coponij ac Curij pertinuit: in genere erat uniuerso rei negocium, non in tempore ac nominibus omnis quæstio, cùm scriptum ita sit: Si mihi filius gignitur, isq; prius moritur, &c. tunc ut ille mihi sit hæres: si natus filius non sit, uideatúrne is qui filio mortuo institutus hæres sit, hæres esse: perpetui iuris & uniuersi generis quæstio, nõ hominum nomina, rationem dicendi & argumentorum fontes desiderat: in quo etiã isti nos iurisconsulti impediunt, à discendoq; deterrẽt. Video enim in Catonis & Bruti libris nominatim ferè referri, quid alicui de iure uiro aut mulieri responderint. Credo ut putaremus in hominibus, nõ in re, cõsultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse, ut quòd homines essent innumerabiles, debilitati à iure cognoscẽdo uo-

luntatem

lnntatem discendi, simul cũ spe perdiscendi abijceremus, &c. & paulo pòst: Huius quidem loci, quẽ modò sum exorsus, hic est finis (inquit Antonius) qnoniam intelligitur, nou in hominum ionumerabilib. personis, neq; in infinita temporuin uarietate, sed in generum causis atq; naturis omnia sita esse, quæ in dubinm uocarentur: genera autem esse definita non solùm numero, sed etiam pancitate, &c. Hactenns uerba Antouij apud Ciceronem.

Effectus tertiæ & postremæ iudicandi rationis. Cap. VIII.

PОrrò ex ijs quæ hactenus dicta snnt, apparet, Iudicem, qui tertiam io iudicando rationem sequitur, non prolixas oec artificiosas orationes, oec item articulatos libellos, & ad singulos articulos respõsiones desiderare: nec Rhetorum artibus, quibus ad affectus hominum mouendos uti solẽt, commoueri. Nam recto iudicio hic Index cognoscit, non ex uano quodam animi motu, Actionem tribus (quod aiunt) uerbis cõplectitur, quid petitũ sit, ex qua causa, & quo iure notat. Syllogisinom uel Enthymema ex hisce cõficit: omnia alia in libello actionis proposita, quæ Syllogismus uel Enthymema illud non capit, iudex non aliter curat, quàm ad exponendum tantùm & declarandum, nou ad argumentandnm, nec ad fidem faciendam pertinentia. Eandem in exceptione, replicatione, duplicatione dijudicauda ratione obseruat: ad illud unum, in quo summa controuersia consistit, properat: iuxta illud reliqua omnia dirigit ac disponit: ex illo, qoæ uel ad causam pertinẽtia uel impertinentia sint, metitur: quæ ad illud non tendunt, tanquam superflua & impertinentia respuit. Desiderat ergo hie Iudex, ut actor causam ex qua agit, narratione breui, probabili & perspicua exponat: hinc quid ex ea uelit, inferat: interdum etiam ut ins qno agit, si id obscurius sit, libello inserat. Posthæc, nt reus similiter suam proponat exceptionem, actor rursus suam replicationem, &c. apparente tandem statu desiderat, ut is cui eius probandi onus incumbit, snas leges, suas probationes, instrumenta, testes, &c. sine uerbosa commendatione producatiut ex aduerso aduersarins rationes, suas, si quas ad confutandas probationes habet, breuiter proponat. In exaoimandis qnoque testibus non exigit plures articulos probatorios, oec interrogatorios generales uel speciales sibi præscribi. Vnum illum articulum, qui controuersiæ caput est, probandum: & si qoæ signa ad illum probaodum allegata probatione indigent, testibus proponit, de ijs testes ipse interrogat: scit pro sua prudentia, etiam non admoneote aduersario, de omnigenis facti circumstantijs testes interrogare, ut utrum uerum an falsum deponant, conijciat. Hanc iudicandi rationem, omnium uerissimam puto.

De causis extraordinarijs, & officio iudicis. Cap. IX.

SEd dicta quidem tertia iudicãdi ratio ln causis atq; iudicijs ordinarijs maximè locum habet: in causis autem extraordinarijs, & qoarum ius magis ex arbitrio iudicis, quàm ex legũ authoritate pendet, secunda iudicandl ratio maximè conuenit. Nam quamuis iudex regulariter non aliter iodicare debeat quàm lagibus proditum est, *a* nec iuris autoritas in eius sit potestate: *b* tamen non raró lex suam autoritatem iudici cõcedit: ut in extraordinarijs criminibus. Nam ei qui extraordinariè de crimioe cognoscit (ait Vlpianus) quam uult sententiam ferre licet, uel grauiorem uel leuiorem, &c. *c* In hisce ergo iudex debet considerare causam facti, persooam, locom, tempus, qualitatem, quantitatem & euentum. *d* Idem obseruandum indici in mercedibus & salarijs cõstituendis, de quibus ei suo arbitrio ins dicere permissum est: de qua re tractatur in titulo de extraordin. cognit. Io honorarijs adnocatorum (inquit eo loci Vlpianus) ita uersari debet iudex, ut pro modo litis, proq; aduocati facundia, & fori consuetudine, & iodicij in quo erat acturus, æstimationem adbibeat. *e* Similiter respondit Scæuola: Ex personis causisq;, eum cuius notio sit æstimaturum, an actio danda sit & salarium debeatur. *f* Ad arbitrium quoque iudicis pertinet, quoties lex quid non simpliciter, sed causa cognita statuit, iubet, uetat uel permittit fieri. Vt cùm impuberi, cui controuersia sit an inter liberos sit, iobet causa cognita bonorum possessionem dari, & iudicium in tempus pubertatis differri. *g* Hoc antem prætori diligentissimè examinandum est (inquit Vlpianus) an expediat pnpillo repræsentari cognitionem, án potins in tempus pnbertatis differri: & maximè boc inquirere à cognatis, matre, tutoribusq; pupilli debet. finge, esse testes qnosdam, qui dilata cootronersia aut mntabunt cõsilium, aut decedent, &c. *h* Eadem ratio est in omnibus causis quæ ex officio iudicis dependent, & in quibus iudex nihil nisi causa cognita decernere potest: ut sunt causæ in integrum restitutionis minorum, qoæ oon nisi causa cognita indulgenda est, & officio iudicis expeditur. *i* Sed & omnes in integrum restitutiones, non nisi causa cognita permittuntur. *k* Dilationes quoque amplius quàm semel dari lex uetat, causa tamen cognita. *l* De dolo qnoque actionem non aliàs se daturum Prætor pollicetur, nisi causa cognita: Si iusta causa esse uidebitur, inquit. *m* Interdum etiam non passim, sed cuiu causæ cognitione uenter in possessionem mitti debet. *n* In hisce ergo atqua similibus, officium atq; arbitrium iudicis regnat, respiciendumq; est iudici ad circnmstantias negocij: & ita quod ei iustum æqnumq; uidetur, ab eo decernendum. Planè quoties in lege non est adiectum Causa cognita, sine causæ cognitione causa determinanda est: boc est, non ex arbitrio indicis, sed ex dispositione legis. *o* Ad hæc cum lex in soa dispositione tempus dicit, nec adijcit diem, sine dubio (inquit Vlpianus) ostendit esse iu ius dicentis potestate, quem diem præstituat. *p* In transactionibus quoq; alimentorum indicis arbitrium uersatur: *q* item in aliana tionibos rerum minorum, *r* & decurionnm: *s* & in summa, iu omnibus causis atq; negocijs, in quibus decreti interpositio est necessaria. Nam io hisce omnibus, circumstantiæ diligenter à iudice perpendendæ sunt, & ita qnod ei bonnm iustumq; esse uidetur, decernẽdum: ut iu trãsactio-

a Inst. de offi cio iudicis. in prin.
b l. 1. §. 1. ff. ad senatusc. Turpil. & l. ordine. in prin. ff. ad municipalẽ.
c l. 13. ff. de pœnis.
d l. 16. in pri. ff. de pœnis.
e l. 1. §. in honorarijs. ff. ue extraord. cognit
f l. fin. §. fin. ff. de obligat. & actionibus.
g l. 1. in prin. & l. 3. §. dam. ff. de carboniano edicto.
h l. 3. § dnm autem. ff. de carboniano edicto.
i l. 11. §. sciendum. & l. 13. §. causa autẽ cognita & l. 24. §. fin. ff. de minorib. 25 annis.
k l. 3. ff. de in integr. restitution.
l l. 7. §. 10. ff. de serijs.
m l. 1. in pri. & l. 9. §. fin. ff. de dolo malo & l 2. C. eod. tit.
n l ubicunq; §. 2. ff. de uent. in poss. mit.
o d. l. ubicunque § 1. & l. 15 §. prætor ait li. ff. de in iur.
p l. 8. §. 1. ff. de in i de. lib.
q l. 8. in prin. ff. de trãsact.
r l. 1. §. 1. ff. de reb eorũ qui sub tutela.
s l. 1. C. de praed. decu.

ne alimentorum, in primis quæri debet de causa trásactionis: utputa, quia fortè alibi domicilium habet hęres, alibi alimentarius, aut si causa aliqua præsantis pecuniæ urgeat, &c. deinde quærendú de modo pecuniæ, quæ in transactionem ueoit, nt quantitas transactionis æstimanda, &c. tertió de personis transigentium, ut cuius uitæ sint, hi quibus alimenta relicta sunt, &c. in quibus etiam facultatibus sit is quo relicta suot, cuius propositi, cuins opinionis, &c. *a* Pertinent etiam hue facti quæstiones, quoniam & ipsæ io iudicantis arbitrio positæ sunt. *b* Proinde inquit Callistratus: Testiú fides diligenter examináds est. Ideoq; in persona eornm exploranda erunt in primis conditio cuiusq;, utrum decurio an plebeius sit, & an honestæ & inculpatæ uitæ, an oeró notatus & reprehensibilis, an locuplcs uel egens sit, ut lucri cansa quid facilè admittat: uel an ei inimicus sit aduersus quem testimonium fert, uel amicus ei pro quo testimonium dat, &c. *c* In hisce ergn & huiusmodi alijs causis & quæstionibus quæ tota ex arbitrio & officio iudicis dependent, locú hsbet suprà dicta secunda indicandi ratio. Porró quoniam in huiusmodi caosis de omnigenis circumstantijs & negocij qualitate, ut ex suprà allegatis locis patet, inquirendum est: per libellom, hoc est per scripta eæ expediri nequeunt. Nam necesse est, ut iudex ipse præsens præsentem audiat, & pro sua prudentia, ea quæ inquiréda sunt, inquirat. Vnde D. Hadrianus Iunio Rufioo proconsuli Macedoniæ rescripsit, testibos se, non testimonijs crediturum, hisce uerbis: Quòd crimina obiecerit apud me Alexander Apro, & quia non probabat, nec testes producebat, sed testimonijs uti nolebat, quibus apud me locus non est (nam ipsos interrogare soleo) ipsum remisi ad Prouinciæ præsidem, ut is de fide testium quæraret. *d* Quæ non solùm in facti quæstione locum hsbent, sed & quotiescunq; decreti interpositio nacessaria est, & causæ cognitio desideratur, obtinent. Hinc Vlpianus ait: Vbi decretum necessarium est, per libellum id Proconsul expadire non potest. Omnia enim quæcunq; cansæ cognitionem desiderant, per libellnm expediri non possunt. *e* Insuper cùm ius causæ iudicis arbitrio decernendum à lege committitur, eredendum ast illi, hoc non simpliciter, sed cum quodam temperamento commissum esse. Nsm licet ei qui extraordinariè de crimine cognoscit (inquit Vlpianus) quam uult sententiam ferre nel grauiorem, uel leuiorem: ita tamen, ut io utroq; modo rationem non excedat. *f* Idem Vlpiannus alibi dicit: In honorarijs aduocatorum ita uersari index debet, ut pro modo litis, &c. æstimationem adhibaat; dnmmodo (inquit) licitnm honorarinm quantitas uon egredistur. *g* Item cùm prætor se tempus daturnm pollicetur, nec adiecit diam: est quidem in ius dicentis pntestate qnem diem præstituat, pauciores taman cantum dierum (inquit Paulus) nõ sunt daudi. *h* Quoties igitur lex ius causæ iudicis arbitrio defioiendnm mandat, de boni uiri arbitrio intelligendum ast. *i* Io summa, iudex qui huiusmodi causis arbitrarijs addictus est, æquitatem ante oculos habere debet. *k* Sanè huiusmodi causarum cognitiones magis imperij sunt qnàm inrisdictionis: *l* ideoq; msgistratibus municipalibus non permittuntur, *l* sed prætori, uel præsidi. Vnde Paulus Iurisconsul. dicit: Vbicunq; causæ cognitio ast, ibi Prætor desidaratur. *m* Et Vlpianus dicit: Si fortè duretur non caueri, nt possidere liceat, quod causa cognita fieri solet, non dunmuiros, sed prætores uel præsidas permissuros. *n* Hæc de causis extraordinarijs.

a l. 8. §. ult. igitur cum sequēt. ff. de transact.
b l. 2. §. 1. ff. ad senatusc. Turp. & l. or d. ee in prin. ff. ad munic.
c l. 2. in prin. ff. de testib.
d l. 3. §. idem diuus ff. de testib.
e l. 9. §. 1. ff de officio proconsulis. & l. omnia. ff. de reg. iuris.
f l. 13. ff. de poenis.
g l. 1. §. in honorarijs. ff. de extraord. cognit.
h l. 2. ff. de iure deliberandi.
i Argumento l. in personam. ff. de reg. iur. l. si societatem §. fin. ff pro socio. l. si libertus. ff. de operis libertorum. l. illa uerba. ff. de uerbor. significa. item si in lege in prin. ff loca. ti.
k l. 4. §. fin. ff. de eo qui certo loco.
l l. ea quæ. ff. ad municipalem.
m l ubicunq; ff. de reg. iuris.
n l. 7. §. si forte. ff. de damno infecto.

De ijs quæ ipso iure nulla sunt.

Cap. X.

PLanè in ordinarijs quoq; cansis licet quandoq; iudici ooo disputationes aduocatorú, nec statum causæ in iudicando spectare, sed ipsius causæ circumstantias & qnalitatem. Vtputa, si actio intentata uel exceptio opposita ipso inre non ualet. Nam tune etiamsi eius aduersarius excipiendo non fecerit mentionem: iudex tamé istiusmodi actionem & exceptionem ex officio potest reijcere, & sic præter acta & probata pronunciare. Ipso iure autem non uslet actio, quæ per se sine actionis uel exceptionis adminiculo nulls est. Idemq; de exceptione quæ ipso inre nõ ualet, est dicendum. Nam ea quæ ioter homines nitiosè, & contra iuris formam, siue in iudicijs, siue extra geruntur, aut per se nulla snnt, & ipso iure non ualere dicuntur: aut sunt annullanda, uel per modum actionia, uel exceptionis ope. Per modum quidem actionis annullanda sont ea, quæ à minore uigintiquinqoe annis sunt gesta. Nisi enim in ijs minor in integrúm restitutionem petierit, ualet qood actum est. Nam si per se sine restitutionis anxilio nulla essent, Prætor minori auxilium illud non dedisset. *o* Similiter cùm iudex quid quasi factum, qood factum noo est, pronunciauit, santentia ipso iure ualet: *p* estq; annullanda per appellationem: quę si fuerit omissa, sententia in rem transit iudicatam, & pro ueritate accipitur. *q* Planè quoties contra leges & constitutiones pronunciatum est, sententia ipso iure sine appellationis aoxilio nolla est: *r* cniusmodi senteotiæ plures enumerátur ff tt. qoæ sen ten. sine appel. rescin. & C. quando prouoc. nõ est neces. Excaptionis autem ope annullsnda snnt: ut si qnis metu coactus, ant dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti promisit, quod promittere non debuerat: nam palàm est, ipso iure hunc obligatum esse, estq; actio qua intenditur illum dare oportere efficax. Ideoq; ad annullaodá eam actionem exceptio Quod metus causa, aut Doli mali, ant In factum est oecessaria. Ité, si debitor *s* pactus sit eum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet: & efficax est contra eum actio, quæ per exceptionem pacti cõnenti est snnullanda. *t* Ad eundem modum pactus ne peteret, postea conuenit ut peteret Exceptio prioris pacti per pactum posterius elidetur, non quidem ipso inre, sed replicatione. *u* Æquè si debitor craditore deferente iurauerit, nihil se dare oportere, adhuc obligatus manet, sed par exceptionem iurisiurandi defenditur. *x* Sanè si pupillns sine tutoris antoritate iusiurandum detulerit, exceptio quidem obstabit, sed replicatione annullabitur. *y* In hisce atq; similibus qnæ qnidam non per se nulla sunt, sad nel per actioné nel per

o l. 16. in pr. ff. de mino. 25 annis.
p l. 5. ff. de statu hom.
q l. 1. C. de his qui per metum iud. non app. & l. 32 ff. de re iudic.
r l. 19. ff. de appell.
s l. 4. de except. in prin. & l. penult. C. de mut. stipul.
t Inst. de except. §. præterea debitor.
u l. si unus §. pactus. ff. de pactis.
x Inst. de except. §. æque si.
y l. iusiurandum §. 1. ff. de iureiurando

uel per exceptionem annullanda, iudex officium suum nisi imploratum interponere nequit: nec id quod defuit aduocatis partium, potest supplere, ut ex locis præalligatis cõstat. Quoties autem qui per se fine actione uel exceptione nullum est, iudex id etiamsi de nullitate eius aduersarius nõ exceperit, ex officio potest reijcere. Vt si ius ex qoo oel agitur, uel excipitut, oullũ est: puta, Vindicat quis rem aliquam ex hac causa, quòd solennibus pensionibus rei pro alio satisfecerit. nam ex hac causa dominiũ rei nullo iure oobis acquiritur. *a* Sic ipso iure non ualet exceptio, Si quis cootra ui bonorum raptorum actionem opponat: Vnam tantùm rem, eamq; minimã se rapuisse. Nam *b* ista exceptio à iure reprobata est. Item si quis contra fratrem hæreditatem patris ab intestato petentem excipiat, eum in potestate morientis patri non fuisse. Nam licet hæc exceptio iure ciuili olim iotrodocta fuerit, iure tamen prætorio postmodum est sublata. *c* Adhæc non rarò genus causæ, ex quo uel agitur, oel excipitur, ipso quidem iure subsistere uidetur, sed reoera propter aliquam facti circumstantiam causa ipso iure nulla est. puta, pupillus cum aliqoo sine tutoris autoritate cootraxit, ex quo contractu si conueniatur: dicendum est, actionem ipso iure non ualere: quia pupillos sine tutoris autoritate non obligatur. *d* Similiter si mulier pro alio publico instrumeoto à tribus testibus subscripto non interueniente iotercesserit: etiam Exceptione senatusconsulti Velleiani non opposita, actionem contra eam iudex denegabit. *e* Interdum etiam eius persona qui in iudicio postulat, talis est, ut uel remissa aduersus eius persooam exceptione, à iudicij limioe is sit repellẽdus. Nam quos prætor apud se postulare prohibet (inquit Caius) omnimodo prohibet, etiamsi aduersarius eos postulare patiatur. *f* Vnde Vlpiaous: Milites oec si uelit aduersarius (inquit) procuratores dari possunt. *g* In rẽ quoq; petita, & in iudicium deducta, iudex officium suum, etiam non petitum aliquando impertit: ut licet uidere l. fin. ff. de petit. hæred. ubi Scæuola respondit: Etsi ooo exciperetur, satis pet officium iudicis consuli. Proculus quoq; ait: Si tibi decem dedero, sic ut nouem debeas, ooo amplius te ipso iure debere quàm oouem. *h* Propter tempus quoq; actio & appellatio aliqoando ipso iure nulla est, & officio iudicis reijcienda: ut si appellans per negligentiam intra legitimum tempus non appellauerit, uel apostolos non petierit, appellatio deserta est, & ipso iure nulla, ut etiam desertionis exceptiooe omissa, iudex eam admittere oon debeat. *i* quo iure utuntur in iudicio Cameræ. Propter has itaq; & alias similes causas, actio ipso iure nulla dicitur, potestq; iudex contra eam etiam Exceptiooe oõ opposita, ex officio pronũciare: & sic quod deest aduocatis partium, supplere ex l. r. C. ut quæ desunt aduoca. part. iud. sup. Quod similiter de Exceptione, replicatiooe, duplicatiooe, &c. ipso iure nulla, iotelligendum est. Planè si actio uel exceptio ipso quidem iure consistit, de facto autem probata non sit, noo potest iudex in hoc quod deest supplere. etiamsi ei aliter quàm probatum est constet. Nam non debet secundum id quod ei constat, sed secundum id quod probatum uel oõ probatum est, pronunciare: uel si conscientiam suam grauare nolit, in totum ab ista caosa abstinere: quæ est communior Doctorum opinio. Quando autem iudex non petente aduersario officium suom impertire potest, non semper ad id impertiendum tenetur. Nam non quidquid iudicis potestati permittitur (inquit Papiniaous) id subijcitur iuris necessitati. *k*

a l. 25. C. de rei uend.

b Inst. ui bo. rapt. § 2.

c Inst. de hæred. quæ ab intestat. §. emancipati.

d Inst. de autor. tut. §. 1. & l. 16. in pri. ff. de minor. 25 annis.

e l. antiquæ. § fin. C. ad senatusc. Vellei.

f l. 7. ff. de postulando.

g l. 8 §. fin. ff. de procuratoribus.

h l. rogasti. §. si tibi decem. ff. si certum petatur.

i c. si appellationẽ Clement. de appellationib.

k l. 40. ff. de iudicijs.

FINIS.

PARADOXA NICOLAI VIGELII.

I.

OMNIS CAVSA EX QVA *uel agitur uel excipitur, in tria uerba contrahi & poteſt & debet in iudicando.*

CAuſæ appellatio in Iure duo ſignificat: primò caſum ex quo & actionem ſuam ſumit actor, & reus ſuá ſumit exceptionem: utputa, Teſtamentum contra regulas iuris fecit Seius miles, Titio hærede inſtituto: teſtator poſt biennium quàm dimiſſus erat, decedit, non mutato teſtamento. Quæritur, an ſcripto hæredi ex eo teſtamento competat hæreditas? Hic caſus priore ſignificatione, cauſæ appellatione continetur: ex qua Titius agit, reus excipit, actor rurſus replicat, & duplicat rurſus reus. Nam Titius agit ex teſtamento, quòd in eo hæres ſcriptus ſit: excipit reus ex modo quo factum eſt teſtamentum, ſcilicet, Quia cõtra regulas iuris factum eſt, actori ex eo actionem dandam non eſſe. Replicat actor: Si non eſſet teſtamentum militare. Duplicat reus: Si intra annum poſt miſsionem deceſſiſſet teſtator miles. Hæ rationes ſingulæ ex quibus agitur, excipitur, replicatur, duplicatur, poſteriore ſignificatione cauſæ appallatione continentur, ſeq; ad caſum habent, quemadmodum ſe partes ad totum: quoniam ex ipſo caſu ſumũtur, caſusq; ex illis conſtat. Cauſa ergo poſteriore ſignificatione ſumpta, tribus (quod aiunt) uerbis conſtat, hoc eſt (ut Dialectici dicunt) ſubiecto, prædicato, & προσκατηγορουμένῳ. Vt in ſuperioribus exemplis Actionis cauſa cõſtat hiſce uerbis, Titius teſtamento hæres ſcriptus eſt. Cauſa Exceptionis hiſce: Teſtamentum contra regulas iuris eſt factum. Cauſa Replicationis hiſce: Teſtamentum eſt militare. Duplicationis cauſa hiſce: Sed teſtator poſt miſsionem, intra annum non deceſsit. Nam extra controuerſiam eſt, quòd omnis cauſa ex qua uel agitur, uel excipitur, nihil aliud ſit quàm argumentum, quo uel actor ſibi aliquid dari uel fieri, uel reus ſe abſolui debere conatur probare. Omne autem argumentum nuda conſtat propoſitione. nec refert quòd copioſius exponi & amplificari poſsit: quod utiq;, præſertim in cauſis forenſibus, faciendum eſt. Nam debent ij qui rem aliquam diſputandam & diiudicandam proponũt, in principio rem ipſam definire & declarare, ut ſciatur quæ qualisq; res diſputanda ſit. Nam qui hanc theſin proponit diſputandam, Per acceptilationem tolli obligationam: certè priuſquam ad diſputationem perueniatur, debet definire quid ſit acceptilatio, & quomodo fiat, ad exemplum Inſt. quib. mo. tol. oblig. §. item per acceptil. Item qui proponit hãc theſin, Capitis diminutione ius adgnationis perimi: ei neceſſe eſt capitis diminutionem deſcribere, ut ſciatur quid ea ſit, ad exemplum Inſt. de leg adgna. tut. §. fin. cum tit. ſeq. Cuiuſmodi definitiones ac deſcriptiones, theſin & argumentum propoſitum non confirmant, ſed declarant ſaltem. Omnis enim quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio (Cicero inquit) debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid ſit id de quo diſputetur. Eadem autem in cauſis quæ in theſibus diſputandis ratio eſt. Nam qui aliquam cauſam in iudicio proponit, & ſi tribus (ut dixi) uerbis, quemadmodum aliud quoduis argumentum, proponi poſsit: tamen copioſius ea exponenda eſt, nec ſolùm quid factum ſit, ſed & quis fecerit, cui, cum quo, per quem, ex qua cauſa, in qua re, quo loco, quo tempore, & quomodo factum ſit, &c. eſt iudicandum, resq; quæ petitur deſignanda: non quidem quòd uel ſingula ſingulariter diſputanda ſint, uel iudici ad ſingulas huiuſmodi circumſtantias in iudicando reſpiciendum (nam eam iudicandi rationem extraordinarijs tantùm cauſis, non etiam ordinarijs competere, alio loco dixi) ſed ut cauſa & aduerſario & iudici fiat nota: illi quidem, ut ad quam cauſam ſibi reſpondendum ſit: *a* huic uerò, ut de qua cauſa ſibi ſit iudicandum, ſciat. Nam hîc eſt proprius narrationis finis, in cauſis præſertim ordinarijs, ut ſcilicet cauſa nota atque perſpicua fiat: quanquam licet etiam narrãdo, cauſam probabilem facere atq; amplificare, ea etiam quæ ad mouendum iudicem ſpectant adhibere: præſertim apud iudicem indoctum, qui magis in certo quodam animi motu ad pronunciandum rapitur, quàm ducitur ratione. Nam docti & ſapientes, huiuſmodi uerborum ampullas & lenocinia non curant, nec ijs flectuntur. etſi enim eloquentia res eſt præclariſsima, quæ animos hominum, quò uelit, rapere poſsit, & ſtultis quiduis perſuadere: ea tamen uiri ſapientes non mouentur. Hi enim res, non uerba curant: nec uano animi motu, ſed ratione ducuntur. Exemplum eius nobis exhibet Hannibal ille Carthaginenſis, uir in re militari ſapientiſsimus: apud quem cùm quidam orator ſenex ac facundus de rebus bellicis ſatis ornatè peroraret, adeò ut cæteri qui aderant admirarentur omnes: Hannibal dixit, Se multos quidem ſenes uidiſſe delirãtes, ſed qui magis deliraret illo, ſe uidiſſe neminem: quòd plurib. uerbis apud ſe diceret de rebus, quarum longo uſũ factus eſſet peritiſsimus. Ita fruſtrà uerborũ ampullis & iuris allegationibus quamlibet infinitis, quis conatur in errorem rapere iudicem, iuris & iudicandi rationis non imperitum.

a l. 1. in prin. ff. de eden.

II.

De actione & exceptione rectius iudicari nequit, quàm ſi ea in formam ſyllogiſmi uel enthymematis redigatur.

DVplicẽ diſſerendi rationẽ Dialectici præſcribunt: alterã inueniendi, alterã iudicandi. prior, uiam ad inuenienda argumenta monſtrat: poſterior, de argumentis inuentis docet iudicare, per modũ ſcilicet argumentationis, ſyllogiſmi puta, uel enthymematis. Omnis autẽ cauſa, ex qua uel agitur uel excipitur, argumentũ eſt, & ꝓbabile inuentum ad faciendã fidem. Nam qui agendo rem aliquã ſibi deberi dicit, probat id huiuſmodi argumento: quia mutuò dederit, uel depoſuerit, uel emerit, &c. Itẽ, qui excipiendo dicit ſe

tit sa absoluendū, probat id hoc argumanto: quia soluerit, uel res sine suo facto periarit, &c. Iudex igitur qui de huiusmodi causis actiooum & exceptiooom rectè iodicare oolet, debat eas in syllogismū, ual eothymama saltem redigere: & tūc singulas propositiooas cōtemplari: & si quidem maiorem propositionem uel minorem aduersarius intellexerit, poterit istam actiooam uel exceptionem, etiam antequam aduersarius ad aamrespon derit, ax officio repellera: ut suprà de Ratione iudicaudi, capite ultimo, osteodi. Quòd si alteram propositionem ab aduersario negatam uidet, ibi quæstiooem oriri, & controuersiam existere notabit. Sin autem oihil aorum quæ proposita sunt ab aduersario fit nagatum, sed omnia sub conditione quadam concessa atque distincta: distinctinnem istam similiter io argumentationis formam rediget: deq; ea, eodē quo iam dixi modo, iudicabit.

III.

Ad omnem actionem & exceptionem propositam apertius ab aduersario responderi nequit: quàm aut negan lo uel factum, uel ius propositum, aut distinguendo.

QVoniam (ut paulo antè dixi) omnis causa ex qua oel agitur uel axcipitor, oihil aliud est quàm argumeotum, & io syllogismi oel enthymematis formam redigenda: rectius & apertius ab aduersario ad eam rospooderi noo potest, quàm si ea io syllogismi formam radacta negetur, ual maior propositio quæ ios actionis & exceptionis continet, uel minor quæ factum cootioat, aut distinguatur: siquidem (ut oulgaris Dialecticorum regule est) omnis argumentatio soluitur aut oegādo eo qund propositum est, aut distinguendo. Exempli gratia: Agit Sēius ad recuperandum faudum antiquum, à patre suo alienetum. Huius actionis forma talis est:

Quando pater feudum antiquum alieoat, filio id reuocara iure feodali est permissum.

Sed Titius pater actoris feudū aotiquum alietienit reo. Ergo:

Actori filio id à reo reuocare est permissum. Et per consequeos, raus ad id restitueodum tanatur.

Ad hanc actiooam reos respondens, aut negabit uel maiorem propositionē syllogismi propositi, uel minorem: eut distinguet. Distinguet forte sic: Nisi filius tempore alienationis ooodū fuarit oatus, quę distinctio similiter io syllogismi formam redigenda ast, hoc modo:

Quando faudo antiquo alienato filius tempore alienationis noodum fuit natus, feudi repetitionem oon habet.

Sed actor filius tempore alienationis nō dum fuit oatus. Ergo:

Actor feudi repetitiooem ooo habet.

Ad banc exceptiooem actor replicando similiter rectios & apertius respondara nequit, qoàm aut negando maiorem uel minorem syllogismi propositionē, aut rursus distinguendo. Quæ omnia cum præcedentibus Dialecticorū cōstāt autoritate: quæ quidem in disputandi & indicandi ratiooa potior haberi debet, quemadmodum Iurisconsultorum authoritas in iore: quoniam cuiq; in sua arte est credeodum. Quàm riduculū argo sit, pluribos articulis propositis, singulariter singulis (ut hodie in iudicijs fieri solet) respondere, alijs æstimandum nunc relinquo.

IIII.

Iudex nisi statum controuersiæ in iudicando obseruauerit, certò pronunciare non potest.

SI ergo prædictis modis in disputanda causa procedatur, peruenitur tādem ad aliquid in quo partas iuter se confliguot: quando scilicet aduarsarius ad id quod propositum est, non distinguendo, sed simpliciter oegando respondet, affirmatq; alter. Nam tuoc confligunt partas ioter sese: ex qua conflictione oritur quæstio, quam statum uocant, in qoo tota consistit controuersia: quem nisi in iudicando iudex obseruauerit, nihil certò oec constanter de iure causæ potest pronūciare: quemadmodum nec aduocatorum disputationas certæ esse possunt, nisi statu isto ad quem dirigantur, proposito. Quod anim meta currentibus est, & scopus iacolatoribus: id aduocatis io disputando, & iodicibos in indicando, est status causæ. Qoamadmodum igitur illis oulla meta nec scopo proposito, currera & iaculari stultum est: ita etiam nec aduocati de causa disputare, uec iudices iodicara, oisi statu proposito (sioe summa stulticia) queunt, eosq; in uarios ioduci errores necesse est.

V.

Causa non in personis, nec temporibus, sed in genere uniuerso à iudicibus consideranda est.

HOc paradoxoo satis declarat atqoa confirmat apud Cicerooem Antonius, cuius uerba suprà de Rationa iudicandi libello inseruit: quó Lactorem breuitetis causa remitto.

VI.

Dilatio amplius quàm semel dari non debet.

MEritò hoc ioter Paradoxa nunc oumeratur: quoniam ut nunc se status iudiciorū nostrorū habet, incredibile uidetur, actoram articulatū suom libellum, reum cootrà suam axceptionem & articulos defensionales, actorē rursus suam replicationam, reum duplicationem sine siogulari duorum uel trium mensium dilatione conficere possa: ut interim taceam de probationibus & confutationibus. Quid, quód couclusa disputatione, iodax etiā triū uel qoatuor annorum dilationam sibi sumit ad pronūciandum? At legibus cautum est, amplius quàm semel dilationem dandam noo esse, aut ad summum bis, idq; ax magna causa, a nec oisi probationū causa: ut puta, si instrumēta ax aliqua prouiocia sunt adferenda, ual testes producendi. b Nuoc in singulis causis plus quàm uigioti dilatiooes dari soleot, eæq; ax causis plerunq; lauissimis: ob hoc solùm, quód iodax iudicandi artis sit ignarus.

a l. 7. & l. 10. ff. de fer. nō l. 2. §. fin. C. de dilationibus.

b Nouel. c. 115. § sed & hoc item. l. 2. & l. 3. C. de dila. & l. 41. in prin. ff. de iudic.

R 3

FINIS.



BASILEAE, EX OFFICINA
IOANNIS OPORINI, ET HÆREDVM IOANNIS
Heruagij, Anno Salutis humanæ M. D. LXV.
Mense Septembri.